

spectante : Hæc non Peloponnesus est, sed Jonia. Post vero reverti in Peloponnesum Dorienfes, pulsif Jonibus, contra Atticos bellum susceperunt, qui exules recipiebant. Prælio autem victi, aliam quidem amiserunt terram. Megaricam vero tenuerunt, & Megara urbem mœnibus cinxerunt, hominesque Dorienfes pro Jonibus fecerunt : colonam quoque Jonum, & Peloponnesum confinia habentem deleverunt. Strab. l. 3. c. 9.

Cum immensa esset inæqualitas agrorum apud Spartanos, multique cumularentur in urbe inopes, & egeni, opes vero ad paucos redundarent : Lycurgus, quo factum, invidiam, avaritiam, luxum, atque his vetustiores reipub. & asperiores morbos exterminaret, opulentiam & pauperatam : perpulit cives, ut possessiones in medium conferrent, & de integro partirentur, viderentque omnes compari inter se, & æquabili fortuna : primas autem virtuti deferrent, neque aliud inter se discrimen, aut imparitatem ducerent aliam, nisi quam turpitudinis macula desineret, & deus virtutis. Hinc verba rebus executus, divisit ceterum agrum Laconicum, circumjectis vicis in triginta millia sortium : quod attributum civitati Spartana fuit, in novem millia sortes data Spartiatis fuerunt. Sunt qui dicant Lycurgum sex millia divisisse, tria millia postmodum ad junxisset Polydorum. Alii hunc dimidium novem millium, dimidium Lycurgum. Sors erat cujusque tanta, ut pensionem redderet, vix septuagenos hordei medimnos, feminis duodenos : liquidorum fructuum proportione proventuum, tantum iis cibarii ad bonum habitum, & ad valentiam tuendam satis esse, neque re præterea ulla putarentur esse opus. Fuerunt eum, cum post peregrè revertens agrum frugibus modò demissis peragraret, conspiceretque acres equaliter comparatos & pares, arillisse, ac comitibus dixisse : Nonne dicas totam Laconicam multorum esse fratrum, qui jam non eam inter se sint partiti ? Habuit à principio in animo, & res mobiles dividere, sed invidiam veritus, quæ inde imminabat, omnem auri, argentique usum è medio sustulit, ferreumque nummum induxit, perculsitque decessum, quem jussit mimini valere. Ac tum demum in omnis furandis occasio sublata est. Ignitum fertum, ex quo nummum percussit, aceto extinxit, ut ad rem nullam amplius ob mollitiem utile redderet. Omnes ad hoc artes ut inutiles urbe eiecit : quamquam artifices ipsi sublato auri usu sua sponte inde demigrarunt, cum ferrei nummi apud alios in usu non essent. Sab. l. 1. Enn. 2. ex Plut. Lycurgo.

C. C. MARTIUS cum viciniam agrorum quaterna dena Militibus divisisset, plura autem milites cognovisset flagitare : Abiit, inquit, ut civis Romanus ullus eum, qui alere ipsum queat agrum existimet exiguum. Plut. in Crasso.

AGOSTUS. partis post victoriam belli Philippiensis officis, cum M. Antonius Orientem ordinandum, ipse Veteranos in Italiam reducidos, & municipalibus agris collocandos receperit : neque veteranos, neque posteros gratiam tenuit : alteris pellis, alteris non pro spe meritum tractari querentibus. Suet.

FERGUSIUS I. Scotorum rex in Britannia, septem viros agrorum dividendum constituit, pro soli fecunditate, & sterilitate partibus auctis, vel imminutis, forteque dividendis. H. Boeth. l. 3.

Prædæ.

Græci ad Trojam obsidendam partem exercitus relinquentes, duce Achille socios Trojanorum ferro, ignique miserè depopulati, ingentem prædam abegere. Consilium de dividenda prædâ cepit : Nestore, & Idomeneo in decernendo optimis auctoribus. Itaque cunctorum sententia ex omni prædâ, quam Achilles apportaverat, Lynceus regis conjugem Athynomen, Chrysi sacerdotis Apollinis filiam ob honorem regium Agamemnoni obtulere. Achilles præter Briseid Pedasorum regis filiam Hippodamiam, Diomedem quoque sibi retinuit, quod ejusdem ætatis, atque alimoniam non sine magno dolore divelli poterat : ob id jam antea genibus Achilles obvoluta, ne separarentur, magnis precibus oraverant. Reliqua prædâ viritum ob singulorum merita distributa est. Dein quæ Ajax apportaverat, Ulysses & Diomedes rogatu ejus in medios intulere. Ex quibus auri, atque argenti quantum factis videbatur, Agamemnoni regi datum : Ajaci autem ob egregiam laborum facinorâ Teuthrantis Phrygum regis filia Tecmechia concessa fuit. Dijs. l. 2.

Capta Troja, dum prædam Græci dividunt, primo omnium Helena sine sorte Menelao conceditur. Polyxena, suadente Ulysses, per Neoptolemum, Achilli inferias missa. Agamemnon Cassandra data, postquam forma ejus capus, quin palam defi-

derium fateretur, dissimulate nequiverat. Æthram, & Clymenam ejus filiam, Demophoon, & Amas habuere. Reliquorum fors agi coepit. Neoptolemum Andromacha evenit, ad junctis etiam ejus filiis : Ulyssi Hecuba. Alii, ut quemque fors contingerat, prædam, aut ex captivis, quantum pro merito distribuebatur, habuere. Super Palladio ingens certamen inter duces exortum. Ajaci Telamonio pro his, quæ in singulis, universisque virtute, atque industria sua contulerat, id concessere Græci, contradicentibus solis omnium Diomede, atque Ulysses, quorum opera ablatum fuerat. Diomedes honori ejus per verecundiam cedens, à certamine desistit. Ulysses cum Ajace summa vi contendere, atque invicem industria meritis extollere adnitentibus Agamemnone, & Menelao obervatam paulò antè opera Ulyssis Helenam. Namq; post captum Ilium, Ajax primus omnium interfici eam jussit : Menelaus, singulos ambiendo, orandoque perfecerat, ut intercessu Ulyssis Helena incolomis sibi traderetur. Ob servatam igitur adulteram fratri Ulyssi Palladium adjudicaverat. Ajax indignatus, & ob id victus dolore animi, palam, atque in ore omnium ultionem fe sanguine eorum, à quibus impugnavit esse, exatutum denunciarat. Itaque ex eo Ulysses, Agamemnon, & Menelaus custodiam sui egere, & satellitibus fe circumferre. Manè Ajax in tentorio mortuus ex vulnere inventus gravissimæ seditioni ortum dedit : cum antè jam Palamedem, virum domi, bellique prudentissimum, nunc Ajacem inclytum tot egregiis pugnis, utroque insidias circumventos Græci ingemiscerent. Ulysses veritus vim officii exercitum clam mari aufugit : Palladium apud Diomedem manlit. Dijs. l. 5.

Hæreditatis.

Apud Rom. olim omnis hæreditas, si supremo morientis iudicio non esset dividenda, ab ipso jure in duodecim partes partebatur, quas quodam partes omnes in unum collatas, Aflem, pleraque antiquitas dixit : singulas vero distinctim dividas, Uncias appellavit. Itaque si quem hæredem in unca instituit, in duodecim partes diviso prius toto affe, hoc est, omni patrimonio, & fortunis : unica tantum pars ei institutionis jure debebatur. Cum vero hæredem in aflem effecisset, solidam hæreditatem, & integrum patrimonium, nullis diminitis partibus, transferri volebant. Hæ autem duodecim uncias, quæ assis appellatione continentur, propria nomina à veteribus jureconsultis singula hæc factæ sunt. Nam præter unciam, & affem ea pars, quæ sextans appellatur, duas totius assis partes, hoc est, duas uncias habet, quadrans vero tres. Triens, tertia pars totius assis : quatuor enim hæc continet uncias. Quincunx vero quinque. Semis autem dimidium illius habet, quod affe continetur. Quæ quidem pars, fex uncias toto affe vendicavit. Quippe cum totus assis in duodecim uncias dividatur, quod dimidium illius est, fex uncias, id est, semissem, efficit. Septunx autem septem consequitur uncias, bes octo, dodrans vero novem. Alex. l. 1. c. 1.

\*PRIMÆ MUNDI, ET REGIONUM DIVISIONES QUANDO, QUOMODO, A QUIBUS FACTÆ.

Primi nostri parentes semen generis humani, simul etiam Imperiorum omnium, & regnorum fuere primordia, Monarchæ universi totius, quod ipsis, posterisque à Deo conditum, & traditum fuit. Ita enim loquitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram : & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, universæque terræ. Gen. 1. Et paulò antè : Crescite inquit, procreate jam homine, & multiplicamini, & replete terram, & subicite eam. Cujus repletionis, & subjectionis symbolum dicit S. August. tra. 9. in Joan. in cluclum in nomine Adam, quod per litteras suas initiales quatuor mundi plagas complectitur. Idem enim est Adam, si initiales litteras explicemus : quod dicitur, Adam, & quatuor mundi plagas, Oriens, Occidens, Aquilo, Meridies, ut nempe significaretur, illius posteros quatuor mundi Regiones habituros, & possessuros. Neque fuit multum laborandum in primis Adæ posteris, quis quas Regiones possideret, cum tota terra eorum illis esset. Quippe ejectione à Paradiso homines Regionem Orientalem primum incoluerunt, tum ante diluvium, ut pater de Cain, qui habitavit in Eden, Gen. cap. 4. tum post diluvium, quasi sitam propè Paradisum, idemque cæteris fortiorum, ut patet. Gen. cap. 8. & 11. Fuisse autem Paradisum in Eden, constat ex versione LXX. Itaque Cain occiso fratre suo Abel abiit profugus, & habitavit in terra Nod, secundum Hebræos,

bræos, quasi terra profugii : & adificavit, post annos scilicet 400. aut 500. quando jam plures filios, & nepotes genuisset, ait Josephus, civitatem, quam vocavit Henoch, videatur Aug. lib. 15. de Civit. c. 8. verum Adam genuit Seth, quem ei dedit Deus pro Abel occiso, tanquam fundamentum suæ posteritatis, ac consequenter reipublicæ fidelium, & Ecclésiæ Dei : quomodo Cain ab Augustino caput dicitur civitatis Diaboli. Hic autem Seth, ejusque posteris, manserunt eum patre suo in regione illa, quam profugus Cain reliquerat, usque ad septimam generationem, quando filias Cain junxerunt sibi matrimonio. Et sensim utraque posteritas crevit in numerosam bobolem, quæ universam terram inter se partita fuit. Legatur Pererius l. 15. in Gen.

Peracto diluvio, quod omne genus humanum involverat, & ois animabus tantummodo in Arca servatis : dicit Moyses Gen. c. 9. fuisse Noe tres filios, qui de arca fuit egressi, Sem, Cham, & Japhet. Et ab his descendentium esse omne genus hominum super universam terram. Quam admirandam Dei providentiam extollit S. Chrys. hom. 29. in Gen. quòd nempe ex tribus hominibus restituta fuerit denique propagatio hominum, & usque in hunc diem continuata. Itaque per hos, eorumque posteros nova terra partita inita est, quolibet eorum certam Regionem plagam inieunt, & possidente. Terminos vero possessionum eorum describit Moyses cap. 10. ut etiam posteritatem singulorum. Constat autem tum ex Joseph. l. 1. antiq. c. 6. cum ex D. Hieron. posteros Japhet occupasse Europam, & partem Afie septentrionalem : posteros Cham, partem Afie meridionalem : nempe Egyptum, Syriam, & Africam : posteros denique Sem occupasse orientalem plagam Afie. Legatur Apparatus Afie Montani in Ptoleag. sive de prima gentium origine. Ergo ab his divise sunt gentes, ait Moyses c. 10. in fine, in terra post diluvium. Numerat autem August. Hieron. Epiphanius, LXXII. gentes & linguas, in quas divisi sunt homines in dispersione Babel, tot enim personarum hoc capite Genes. numerantur, nempe LXXII. quorum quisque cum suis eadem linguam loquentibus diversum terræ locum petit, ibique concidit. De qua Digressione fusè Pererius l. 16. in Gen.

De divisione vero, & distributione Terræ Sanctæ facta in posteros Jacob, postquam annis 400. servierat Egyptis, atq; per annos XL. per desertum ducti fuerant : habes in historia Josue c. 13. & sequentibus. Item Num. c. 32. & Josue c. eodem 12. Nam duplicem hujus Terræ divisionem reperimus. Quippe Regiones trans Jordanem dividerat ipse Moyses duabus tribubus Ruben, & Gad, ac dimidia tribui Manasse, ut constat ex loco cit. Num. Josue vero Cisjordanas terras partitus est, assignata quaque portione, id est, in duodecim portiones divisit, juxta numerum filiorum Jacob, è quibus cum una tribu Levi hæredata fuerit, & adoptati duo filii Joseph, Manasse, & Ephraim, ita faciendi vultu, vide c. 14. Josue vers. 4. Qui vero divisores hi fuerint, describitur Num. 32. & Josue 14. ubi & locus, & modus divisionis factæ etiam insinuantur. Quærat in Tit. de Sortibus.

De divisione autem, sive partitione Provinciarum facta in Apostolos, missos à Domino ad prædicandum, quæ scilicet & cuique obtigerit. Vide in Tit. de Apostolis.

Dicitia.

OPES. OPULENTIA.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Dicitia Græcis πλοῦτος dicitur, à πλοῦτος quod est ditior. Dicitur autem Dives, quasi Divus, ait Varro, quòd dives velut Deus nullo videatur indigere. Dicitur etiam opes, quòd sine, ut per eas proximo opulentur. 2. Cic. lib. de Amicit. Sunt, qui nugatoriè admodum dives volunt dictum quasi dii esse, melius Varro supra.

\* DIVITIAE DEI DONUM.

Dives facit benedictio Domini, inquit in Proverbiis Salomon, nec faciebitur eis afflictio. c. 10. Hinc primis illis Patriarchis contulit luculentas omnium rerum possessiones, uti & S. Jobo, tam post tentationem, quam ante illam. Salomoni quoque divitias dedit tantas, ut nemo similes eam habuerit. Ideòque divitias reprehendendæ non sunt, sed malus earum usus : ut enim ait Ambrosius in Lucam impedimenta sunt improbis, ita adjuvamenta sunt probis. In L. B. Theatr. vitæ Ham. Tom. II.

juste divitiæ sunt, quæ avaritiæ egestatem non tollunt. Idem in Ps. 118. Audiamus Augustinum apostolice loquentem. Hoc attendite, ne passim divites reprehendatis, & cursum nec de paupertate, & egestate præsumatis. Si enim non est præsumendum de divitiis, quanto magis non est præsumendum de paupertate ? pauper ulcerosus non habens escam non ipsam vestem, ablatas est ab Angelo in sinum Abraham : Vides qui sublatas est, non vides, quo sublatus, in sinum Abraham : lege scripturam, & invenies divitem Abraham. Sublatus est ergo in sinum divitis pauper, an potius ambo divites Deo, ambo à cupiditate pauperes ? Sup. Psal. 5.

Divitias esse deorum donum, Hæmerus cecinit : Καὶ θεοῦ δῶρον ἐστὶν πλοῦτος κτιστῶν ἀνθρώπων. Zeb. d. dicitur vultu in hoc dicitur dicitur dicitur. \* FRUCTUS, ET USUS. Verum divitiarum fructum in misericordia erga pauperes situm esse.

Tum furit horribilis pardus, tigrisque, leoque, Cum caeva inclusos arcta rependit tener. Sic etiam nunquam furit aurum immansum, arca Quam cum illud Dominus claudere parcas amat. B. Quæ facies igitur, ne te fera vulneret ista ? Quæ, quo plus clausa est, plus servatus habet ? Solve feram, pascens quos aspera vexat egestas. Protinus hac mitis redditur arte fera. Jacob. Bill. Anthol. Sacr.

Divitias autem virtus, & gloria comitantur. Χρησιμὸν δ' ἐστὶν ἀπραγμῶν δόξα καὶ πλοῦτος ἀμείβω. Pecunia non rapta à Deo dicitur meliores. Σοὶ δ' ἐπιπέσει δόξα ἐκδοῦσα τὴν ἀσπίδα. Sic factas operam supra operam operare. Χρησιμὸν γὰρ ἔστιν ἀπραγμῶν δόξα καὶ πλοῦτος ἀμείβω. Pecunia enim anima sunt miseris mortalibus. Hæsiodus. Quisquis habet nummos, securus navigis aura, Fortunamque suo temperet arbitrio. Uxorem ducat Danaem, ipsamque licebit. Acrisium jubet credere, quod Danaem. Carmina componat, declamet, concipet, omnes Et peragat causas, sitque Catone prior. Jurisconsultus, paret, non paret, habito. Atque esto, quidquid servus, & Labeo. Multa loquor : quidvis nummis presentibus opta. Et veniet : clausum possidet arca Jovem. Petronius. Antholog. Græc.

Divitiis utare tuis tanquam mortuorum, Tanquam vitularum parcatu divitiis : Vir sapiens est ille quidem, qui hæc ambo volutans Parcat, quippe modum sumptibus applicuit. Nec aliter Horat. ad Lucium. Epi. 12. Frustribus Agrippæ Siculis, quos colligis, Icti, Si redè fruieris, non est, ut copia major Ab Jove donari possit tibi. Tolle querelas. \* INCOMMEDIA.

Ego vero nego illud esse bonum, quod nocet habenti : num id mentior ? minime, inquit. Acqui divitiæ Hæsiodius parum sapè nocuerunt, cum pessimus quisque artis alieni magis avidus, quicquid usquam auri, gemmarumque est, fe solum, qui habet, dignissimum putat. Tu igitur, qui nunc contum, gladiumque sollicitus perimicis, si vite hujus callem vacuus viator intrasces, totam latrone securus cantares. O præclara opum mortalium beatitudo, quam cum adeptus fueris, securus esse desisti! Boeth. de con. Philos. prof. 5. lib. 2.

Divitiæ quantis implicita sint malis, brevissimè monstrabo : Quid enim ? pecuniam congregare conaberis ? sed eripies habentem. Dignitibus fulgere velis ? donati supplicabis, & qui præter cæteros honore cupis, potentem humilitate vilescis. Potentiamne desideras ? subceptorum insidias obnoxius, periculis subjacabis. Gloriam petis ? sed per aspera quæque distractus, securus esse desisti. Voluptariam vitam degas : sed quis non spernat, atque abiciat vilissimæ, fragillissimæque rei corporis servitium ? Idem l. 3. prof. 8.



Divitiæ, & opes, & rerum copia plerumque populorum animos ad res novas molendas extollunt, & infanite faciunt, si leves præsertim, minimeque sapientia firmatos inveniant, cum inopia contra, maxime omnium, timidos, & abjectos faciat, teneaque in comparandis rebus necessariis occupatos. *Nat. Com. lib. 3.*

Quin in affluentia fortunæ, virium, opum, & amicorum, aliorumque talium constituti sunt, regi atque obedire, neque volunt, neque possunt. *Arist. 4. Polit. c. 11.*

Autum, & opes præcipue bellorum causæ. *Tacit. 4. Hist.*

\* CONTEMPTUS.

Omniem divitiarum fructum non in magnitudine opum, sed in moderato rei usu familiaris esse positum existima. Contemne illos, qui cumulandis opibus invigilant; sed partis uti nesciunt. Idem enim usuvenit istis, quod his, qui equitanti nescii bonos quos habent. *Isocrates ad Damonium.*

*Et quæ præterea populus miratur in illis, Javida quæ salis plurima vulgus amat.*

*Non opibus Mentis hominum, curæque levantur, Nam fortuna sua tempora lege gerit. Tibul. l. 3. Eleg.*

*Nec me regna juvant, nec Lydius aurifer annis, Ne quas terrarum sustinet orbis opes.*

*Hæc alii capiunt, liceat mihi, pauper cultu, Securo chara conjugis posse frui. Ibid.*

*Dives mortuus, & pauper pares.*

*Effigiem, rex Cræse, tuam ditissime regum Vidit apud Manes Diogenes Cnæius, Constitit, atque procul solio majore cæcibimmo Concussus dixit: Quid tibi divitiæ Nunc profunt, regum rex d' ditissime, cum sis Sic ut ego solus, me quoque pauperior? Nam quæcumque habui tecum fero, cum nihil ipse Ex tantis tecum Cræse feras opibus. Ex Epigr. Auson.*

*Sensit Alexander testa cum vidit in illa Magnam habitatorem, quanto felicior hic, qui Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem. Passurus gestis æquanda pericula rebus, Juvencalis, Sunt tibi (constitor) diffusæ jugera campi, Urbanique tenent prædia multa Lares.*

*Et servit domine numerosus debitor arca, Sufficiente tuas aurea mensa dapes.*

*Fastidire tamen non, Ruffine, minores; Plus habuit Diadymus, plus, Philomelus habet. Martialis lib. 3.*

Quære plura in Exem. & Apophth. infra suo loco.

DIVITIARUM ACQUISITIO PRIMARIA, RESPECTU MATERIE. REGIONES.

Acceptæ à Deo, vel Naturæ. Patria propriæ, Indigenæ.

Cum Israelitæ duce Moysæ per fines Seir incolarum, qui Esau posterii erant, iter facerent, & illi Israelitas metuerent: præcepit illis Dñs, diligenter caverent, ne eos utpote fratres suos infestarent, se cibum, & potum ab illis emerent: se enim de illorum terra ne vestigium quidem pedis esse daturum, eò quod Seir montem Esau concessisset, & Horios inde expulisset. Item venit, ne Moabitibus in incolis molesti essent, neque etiam Ammonitis, quoniam utramque terram, egestis Zanzumis gignantibus. Loth posteris habitandam concessisset. *Deut. 2.*

Germanos indigenas crediderunt, inquit *Corn. Tacit.* minimeque aliarum gentium adveniens, & hospitibus mixtos: quia nec terra olivæ, sed classibus advehantur, qui mutare sedes quærebant; & immensus ultra, utque sic dixerim, adversus Oceanum raris ab orbe nostro navibus aditur. Quis porro præter periculum horridi, & ignoti maris, Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam pareret, & informem terris, aspectam cælo, tristem cultu, aspectuque, nisi sibi patria sit?

Inventa. *Consule Tit. Geometriæ usus.*

Phœnices per Oceanum mare juxta Lybiam navigantes, còplures dies tempestatibus acti, cum ad Insulam permagnam delati essent, animadversa ejus natura, felicitateque, notam cæteris fecere. Quæ ex causa cum Iyrtheni, qui classe potenterant, in eam insulam coloniam mittere decrevisset, à Carthaginensibus sunt prohibiti, veritis, ne loci bonitate

allecti cives eorum, ad eam se conferrent: & sic, si quæ fors adversa veri fortuna incidisset, volentem ignotum, ad eam quem facile confugerent, locum esse. *Diod. lib. 5. cap. 7.*

Occupatæ.

Centium migrationes huc pertinent, quatenus aliud deduci coloni, sive sponte, sive coacti, regionem alienam occupant, & eam locum habitandi acquirunt, qui inter Divitiarum species referri debet. Alio vero respectu sub Tit. Coloniarum, alio sub Tit. Ab hostibus expulso, considerabuntur.

Davidici regni tempore Jones ex Attica in Asiam migrasse tradunt, Androclis ductu, qui fuit Codri filius. Ephesum (ut Phereclides prodidit) condiderunt, ibique Jonum regio ab initio constituta. Quidam Ephesum multo antiquiorem credere, ut insauratio illa fuerit, non conditio. Cæterum neque urbs una in ea ora ab Jonibus condita est: neque unius ductu ad ea loca, aut semel ex Græcia demigratum. Nam & Milesus Neli genere Pylii opus creditur. Fama est, Nestorem Messenivum, & ex Pyliis multos cum Melantho Codri patre Athenas concessisse, totamque hanc gentem cum Jonibus in Colianiam missam. Cydelus ejusdem Codri filius, verum nothum Myunthem in eadem terra condidit. Andropompus Lebedum, Andremom Pylium Colophonem, Epyrus Neli filius Priemem, Teum Nauctus Codri nothus: quamquam Athamas prius loco originem dedisset, quapropter Anacreon, Ioni indigena, eam Athamantida nuncupavit. Erythras Gnopus ex Beotica. Phocæam Atheniensis, Philogenes ductu. Clazomenas Paralus, Chium Egerius, Samum Cymbriom, ac deinde Patrocles. Hæc fuerunt Jonum in Asia civitates. Quo contigit, ut & terra ipsa sit postea Jonia dicta: cujus extrema ora, ob peninsulas multifariam occurrentes, mille & DCC. ambitu stadiorum patet. In hoc brevi tractu ambitu philosophiæ incunabula, & ortus extiterunt. Inde sublimia hominum ingenia, cælum, & omnia naturæ opera scrutari ausa. *Sab. lib. 9. Enn. 1.*

BATTUS Polymestri F. viri inter Thærazos insulanos spectati, ob linguæ vitium Delphos adit. Cui consulenti Pythia respondit, ut in Libyen habitatum iret. Thæraz ergo, cum septem annis in Thera non pluisset, & omnes præter unam arbores exarsissent, ex oraculo Battum cum duabus biremibus in Africam miserunt. Qui tandem à Pœnis ad Cyrenem usque ducti, illic habitaverunt. *Herod. l. 4.*

EPHOR commemorat, post res Trojanas, Græcos Tuscorum latrocinia formidantes, crudelitatemque barbarorum, ne ad mercaturam quidem in Siciliam navigare ausos fuisset. Theoclen verò Atheniensis ventis agitatur, Siciliam contemplatum fuisse, intelletaque mortalium solitudine, & terræ virtute, remeasse. Is cum Atheniensis inducere nequiret, acceptis Chalcidensibus Eubææ, magno numero, Jonibusque nonnulli, & Doriensibus, magna ex parte Megarensibus, eò navigavit. Ex his igitur Chalcidenses Naxum condiderunt, Dorienses verò Megaram, cum prius Hybla vocaretur. *Strabo lib. 6.*

JUNIUS BRUTUS consul in Hispaniam profectus, iis, qui cum Viriato Lusitano latronum principe, multis victoriis illustri, militaverant, agrum, & sedes ad habitandum assignavit. Valentia oppidum est vocatum. *Sabel. l. 9. Enn. 5.*

Ex Celtica, quæ ad Comata pertinet, Gallorum primi, ut Livius existimat, Belloveso ducte Alpes transcendere, per id tempus, quo Prifcus Tarquinius Romæ regnum obtinebat, cum tam frequens, & populosa esset Gallia, ut abundans multitudo vix regi posse videretur. Ad quam sua mole exonerandam Ambigatus, qui cum late regnum in ea terra obtinebat, duos fororis filios Bellovesum, & Sigovesum cum magnis exercitibus novas sibi terras quærere jussit. Illi provincias inter se partiti: Hercynios saltus Sigovesus sortitus est, Bellovesus Italiam. Is Bituriges, Arvernos, Senones, Hæduos, Ambaros, Carnutes, & Aulercos secum trahens, per Taurinos, saltusque Julia alpibus in Italiam transfregit, Tuscis haud procul Ticino amne prælio fufus, in eo, quo victores confederant, loco, urbem condidit, omen secutus, quod agrum Insulubrium appellari fenerant, quo pagum nomine Hedui, qui in Bellovesi comitatu erant, in Gallia tenuissent. Urbem ipsam Mediolanum duxere, ob id credo, quod Aulerci, qui & ipsi ejus expeditionis socii fuerant, urbem eodem nomine in Belgica habuerunt. Secuti inde diverso tempore alio post alios, Cenomani, Libui, Salvi, Boii, Ligures, iterum Senones, aliaque ferocissima gentes, ut jam præter Venetos, qui amensissimum Italiam latens incolunt, quicquid terræ inter Alpes & Padum late patet. Transalpinæ gentes obtinere: Poly-

Iybius Venetis Adria accolas, & Paphlagonum esse gentem non ignorat, moribus tamen, & ornatu corporis Venetis Gallis, & Aconciis, videri sibi ait perquam similes. Idem primo omnium Appennino superato, Clusium Tuscorum urbem suam corruptis adorti. Fama est, ea gentem à Clusino Arunte ad id bellum allecram. Is Lucimoni iratus, quod uxorem suam corruptis adorti, eam injuriam cum in adolescentem opibus præpotentem ultisci non posset, ad Gallorum opes confugit. Quas ut facilius ad bellum concitaret, fruges indigenas Hetruriz secum attulit: vinum id fuisse ferunt, & aridas fruges, ducentesimo ferme anno post, eos, qui cum Belloveso Alpes transierant, omnium recentissimos in Cisalpinam Galliam venisse tradunt. *Sab. l. 2. Enn. 4.*

Cimbri cum Suevis, & Frifis fame coacti, forte ducta fedibus suis migrarunt, & Rheni tractum secuti, cum Tigurinis, & Tuginis societate inita, Alpibus superato, in Italia à Mario superati fuere. Reliquæ eorum ducebis Suieto, Tehecho, Restio, & Rumo, in Alpes confugerunt, & Tigurinis focis sese conjunxerunt. Rumus eam partem, ubi nunc Undervaldia sita est, occupavit. Restius fontes Arolæ. Suieter verò cum fratre Tehecho Sutenium agrum hodie dictum forte accepit. Mox orto inter fratres dissidio, cum uterque de suo nomine regionem appellari vellet, appellari certamine occiso fratre, Suieter agrum Suteniem appellavit. Quod nomen etiamnum hodie durat, commune omnibus Helvetiis confederatis, eò quod fœderis hujus incunabula apud Sutenies cepere.

JORDANES Ravennas, & ABLARIUS Romanus Senator, Gothi ortu, uno ore affirmant, Hunnos ex Gothis circa Mæcedones paludes commorantibus, prodidisse. Olim enim Gothi ex Sandiana insula cum suo rege Berico egressi, tandem sub Filimero quonto post cum exitu rege, ad illas paludes pervenerunt; tum Filimerus novi regni in illis terris fundator, operæ pretium judicabat, auspica sui imperii à morum correctione inchoare, factaque de moribus inquisitione, reperit in populo suo quosdam magis milites, patrii sermone Adclrunas appellatas. Gothico enim sermone Runa artem, vel aliquando maga significat: unde etiam hodie lapides complures in Gothia caracteribus Gothicis inscripti, Runaten nominantur. Bædam mulieres de maleficio convictas, vel suspectas, in remotas Scythiaz solitudines abire cogit, ne earum commercio reliqua gens contaminata, in nefarias operationes proclivis collaberetur: Ille aliquandiu in solitudinibus pererrans, tandem quosdam Scythici generis homines simili errore per desertam vagantes invenit: quibus connubio sociatæ, prolem per tempus intervalla innumerablem dederunt. Est enim in regionibus frigidis eò major hominum fecunditas, quo rarior est ibi aeris contagio, quo folet mortalibus fecitum calore minuere, & fatumque, & mortem plerumque accelerare. Tali ergo stirpe Hunni procreati, venationibus, & arte sagittaria fere plurimum exercuerunt. Accidit interea, dum quidam eorum venationibus ardencie studio intenderent, janique tempus advenisset, quo Deus in gente stulta humanam superbiam castigare vellet, ecce cruenta seque præbuit infestandam offert, ingressaque paludem, nunc progrediens, nunc subsistens, indicem se vice præbuit. Quam secuti venatores paludem, Mæotidum, quom impervium, ut profundum pelagus hæcenus assidimaverant, pedibus transierunt. Ut ignota terra ignotis apparuit, cervæ disparuit. Venatores prodigium secuti, exploratis novis fedibus, & vivendi commoditate, totum Hunnorum genus ad occupandas eas novas, & feliciores terras exierunt. Perfuasi igitur Hunni tota suorum multitudine collecta, cum conjugibus, & liberis novas sedes occuparunt, paludes transierunt: & privato aspectu Gothos, qui populos, & nationes subjugaverant, terrentur. Erant gens sine barba colore atrox, oculis sine supercilii, carbonum puncta referentes: in ore non vox aut verba, sed horridus sibilus, aut stridor ignotus. Gothi tamen sese in aciem contra insolitos hostes collegerunt, rati se pridem contra homines decertasse, nunc tandem contra dæmonia, aut gigantes pugnaturos. Verum ab Hunnis prodigati sunt, orbati rege Armanarico bellucosissimo, qui paucis ante diebus ex insidiis occisus fuerat. *Jo. Mag. l. 5. c. 25. Hist. Goth. l. 9. Banf. Dec. 1. l. 2.* qui per Mæotidem paludem glacie concretam ex Afiana in Europæam Scythiam cervam insequentes venatores pervenisse scribit.

Cum in Scythia Hunnorum gens nimis effere aucta, delibaturum est de emigratione in Pannoniam, eò quod Attila, & ejus posteritas eam ante trecentos annos occupasset. Sorte ergo ex centum, & octo tribubus eliguntur CCXXVII. hominum millia, & in septenos exercitus distribuuntur, ita ut in singulis essent 20857. & haberent suos quique duces, inter quos ta-

liber summas erat Almas. Stato die procedunt: liberis, uxores, pecora, & universas facultates secum ducunt. superatque Tanaï, per Roxolanos, Sarmatas, Hamaxobios, & Taurecythas iter faciunt: & tandem in Transylvania veniunt, ibique septem castra, unde adhuc hodie regio nomen habet, & res suas ritè disponunt. In conflictu cum finitimus gentibus, Bæternis, Paucinis, Albis, Cumis, & Bæstis, Almus perit, & successit ei filius Arpadus. Cum in Transylvania aliquandiu morati essent, desiderio Pannoniz capti, Culsidum Candi filium ablegant ad Suathem, seu (ut alii vocant) Zuathaplugum, seu Santapoluh Sarmatam, qui late in Pannonia regnabat. Suathes ratus nil sibi commodius accedere potuisse, quam regionem feracissimam, exhaustamque incolis, ab Ungaris, quam rusticam gentem esse opinabatur, postulari, legarum honorifice donatum dimisit. Culsidus voti compos, nigri soli glebam, item herbas, & aquæ Danubii lagenam, ad indicanda regionis commoda, in Septem castra retulit. Arpadus inspecta terra, herbis, & aqua, advocata concione, omnia evententia evenisse profatur: ex telluris, & herbarum indicio, regionis elementiam, & uberitatem auspicator. Mox cornu aquam insudit, altaque voce Marti, ac Herculi progenitori Iffrianam aquam ex more libavit: multaque victimis patriis diis per singula castra mactari edixit. Ter ab omnibus feliciter acclamatum. Post quatuor dies omnium consensu idem legatus ad Suathem remittitur, qui terram, herbam, & aquam impetret Ungarum nomine, candidum æquum ephippio, sine quoque aureo cultum ei dono dant, in gratiæ semper obsequii speciem. Legatus ad Suathem cum donis reversus, terræ amplitudinem pro arbitratu suo impetravit: His velut omnibus confirmati Ungari, montes Carpathos transcendunt, Danubiogæ appropinquantes, legatum ad Suathem tertio mittendum censent, qui septem ducum nomine significaret, ut terra, quam equo vendiderant, extemplo decederet: quando Ungari Pannoniam tellurem equo, herbam freno, & ephippio aquam mercati essent, que tria, immodica cupiditate ipse abalienasset. Ad hæc ille subridens, equum lignæ clava collidendum esse refert, frenum in præta, ephippium in Danubii fluentia proficiendum. Contra Ungarorum nuncios, Equum cælens nostris canibus escam objectabis: frenum in præta deicentis aureum aliquem è nostris imperata inventione ditabis: in flumen dejecta sella piscatores beabis. Solum, herbam, & aquam mercati Ungari, omnia coemisse videntur. Suathes in tristitiam repente conversus, tumultuarias copias comparat, trans Danubium castra locat. Prælio victus, in Danubio cum maxima Sarmatarum manu demergitur. Cæteri in ulteriore Danubii ripa cæsi sunt, perpauci capti, circa annum Domini 744. *Bonif. Decad. 1. l. 9. Ritus 1. de Regibus Ungarum, Naulerius generatione 25.*

Anno salutis CCCIV. Franci relictis patriis fedibus Rheum transgressi, in Trevis, ac circumjacentibus finibus quieti confedere. Tertio serè post anno Scilico Vandalus, magnis opibus Comes, cum Theodosii Cafaris filio duo, Arcadius in Oriente, Honorius in Occidente imperarent: ut in perurbatis rebus Occidentis, imperium ab Honorio Cafare, cujus & tutor fuerat, & fœderat, in domum suam ad Eucherium filium pertrahere posset: quod in pace novis rebus, nefariisque consiliis locus non videretur, Vandalos, unde oriundus erat, Alanosque, ac Suevos, & Burgundiones ad Gallias efastandis, ultro excivit: coactique sunt Franci, tot simul genibus nequaquam pares, in præsens eorum furori cedere, ac domum remigrare. Mox sub Valentimiano, anno 431. dicit Meroveus H in Galliam regressi sunt, & proper Hunnorum ducem Attila irruptiones, Aëtius Patricium cum Francis, & Burgundis antiquis hostibus pacem facere coactus est. Sic Franci Galliam tenuere. *Amil. l. 1.*

ALBOINUS Longobardorum rex, à Narsete evocatus in Italiam, novas sedes quaesiturus, nihil temere egit. Quos in Pannonia tunc incolebat fines, Hunnis finitimus, fœderatisque conditione tradidit, ut eos velut fiduciaris interea illi haberent, si redire cogere, repetenti sibi redderent. Viginti præterea millia Saxonum cum liberis, conjugibusque ad eandem secum subeundam fortunam permovit, veteres focios, amicosque, Ipsi Longobardi è Scandinavia septentrionalis Oceani insula oriundos se contendant, inde majores suos profectos: cuiusque per multas deinceps atates vagati fuissent, victoria de bellicosissimis gentibus Vandalis parata, tandem in Pannoniam confegisse: inde cum liberis, uxoriibusque publicè in Italiam emigrasse, anno Salutis quingentesimo, & duodecesimo. *Amil. l. 1.*

Vandalorum gens (ut Damafippus ait) ab Oceano prodiens, Rrr 3 vix



vix uno anno ad Gothorum fines pervenire potuit: eam sibi A regionem occupavit, quam post Gepidae incolere: cui à Solis exortu Gothi, ab Occasu Marcomanni, à Septentrione Hermunduli, à Meridie præterlabitur Ister. Visti à Gothorum rege Geberico hinc emigrarunt, & à Constantino Imp. inco- lendam Pannoniam impetrarunt. Dum grata se Romanis principibus obsequia præstituros esse pollicentur, annos cir- citer sexaginta hic habitaverunt. Deinde Sub Scilicone magistro equitum consulari, patricioque viro, in Gallias transmigra- runt: ubi cum finitimos male tractarent, assiduèque rapinis satè vexarent, quietas ibi sedes habere nequiverunt. Ergo re- lictis Gallis in Hispania penetrarunt, neque usquam quiescere poterunt, donec trajecto Gaditano freto Africam occuparunt. Bonfin. l. 2. Dec. 1.

Sub Constantino V. Imp. Bulgari primùm Scythiæ finibus egressi, Thraciam tumultuosis adorti, omnia terrore com- plexerunt. Cum quibus Constantinus in Pannoniæ, & supe- rioris Myiæ confinibus conflitavit, sed infeliciter. Ob acceptam enim cladem fugienti similis dum retrò fugeret, pax illi à Barbaris præter spem oblata est, sed usque percussum quo in- ter principem, & Bulgaros utraque Myia illis concessa est. B quam terram Danubio proxima hodie quoque obtinet gens ferax. Cuspi. A. D.

Sabell. Evn. 8. lib. 2. scribit, Selavos à Cimmerico Bosphoro à Sarmatia, & Russia bipartitò egressos, partem unam ad dextram de flexis septentrionem versus, scilicet in duos popu- los, Bohemos & Polonos, cum hos Lechus, illos Cichus fratres ducerent: alteram transmissis Iistro, secundum Sayum am- nem ad Dalmatiam usque sedes tenuisse, nihil mutato nomine. Occuparunt autem relictas à Vandalis sedes Hispaniam peten- tibus. CROMIUS.

Heruli atque Turingi exercitus Attilæ reliquæ, ad Da- nubii ostia confedere. Post Attilæ mortem anno ferè vi- gesimo, Odoacre duce, imperante Augusto, Italiam adiungunt. Aquileja ad lavam relicta, in Taurisinos, Vicentiosque, ac inde in Brixianos flexerunt. Odoacer Orestem patricium apud Ticinum superavit, superatumque interfecit. Augustulum ejus filium imperio ejectum ad Lucullanum Campaniæ oppidum relegavit: ubi depo- sito paludamento, privatam vitam egit. Romanum igitur imperium, quod ab Augusto sumptis initium, ab Augu- stulo exitium accepit. Bonfin. l. 7. Dec. 1.

PIPIUS, justus Caroli Magni patris, in Orientalem Boja- riæ limitem infesta acie contendens, Hunnos, ac A vares dele- vit, & rejectis Avaribus, fines Bojaris usque ad Dravi fluenta promovit, ibi colonias Bojorum, Vencorumque deduxit. Ce- peratque in eo tantum, unde Hunni extrulsi fuerant, multi- plicari Boii, atque Veneti, qui adhuc ibi mixti Ugris habitant. Itæ itaque Bojarie regnum usque ad Dravum flumen, ejusque ostia prolatum est. Unde ea regio Osterreich, Austriaque, id est, orientale Bojorum regnum, ac limes posthac cognomina- tum est. Cujus etiam pars nunc supra Litham flumen ad occi- dentum lolem vergens, Teutonice Osterreich, & sicto nomine Austria Latinè vocari solet.

Sub Constantino Copronymo per Caspias portas Turcæ ex Scythia profecti, Alanos primò armis adorti, in Colchos inde, & Armenos latè arma circumferendo, brevi assequuti sunt, ut cæteris gentibus formidandi jure essent circa annum Sal. 760. Cuspi. A. D. De his Blondus Dec. 2. l. 1. sic inquit: Turcæ primùm Asiam invadentes, Alanos primò, post Colchos, & Armenios, inde Asie minoris populos, ad extremum Persas, & Saracenos D infestaverunt. Tantas autem habuit vires Turcarum insultus, ut Saracenis pacem nulla alia ratione dare voluerint, quam resti- tuto Perfarum regni nomine, quod Saracenus Phocæ, & Hera- clii temporibus in suum confuderat.

Tartari, sive, ut usus obtinuit, Tartari, Scythica gens, sive à fluvio, sive à multitudine nomen habens, cum ante ultra Cas- pium mare, & intra Imaum montem ad orientem solem, ob- scuri, ignotique Græcis juxta, ac Latinis habitassent, circa an- num Christi 1202. vel ut alii volunt, 1188. finibus suis egre- ssi, devicto, & intercepto Indorum rege, cui servierant, Asiam penè omnem victores longè, lateque pervagati: & Rha, sive Volga flumen transmissis, ad occidentem progressi, vicinis Russorum Polovucis, campesitiam ad Tanaim, & Mæotium palu- dem loca habitantibus, bellum intulerunt. Polovucii deleti, & omnis illa circà Tanaim, & Mæotium ora cum Taurica Cher- soneso à Tartaris habitari cœpta. Deinde Russi debellati, & subacti sunt, ita ut non modo tributa ipsis penderent, & jussa facerent, sed etiam servis ante suis Lituaniis prædæ essent. Crom. lib. 17.

Saxones duce Hengisto occupata Britannia post Arthuri regis mortem, ne Britannis in Gualiam pulsus in pristinas sedes redeundi locus esset, eorum agris, quos in Albione vi, & armis obtinebant, in septem partes ductis, septem Saxonum regna, ut auctor est Beda, constituerunt. Northumbri regno Pictor- um tum proximi præfuit Edelfredus, homo impius, Cantio Ethelbertus Christi religionem amplexus. H. Boeth. l. 9.

Normanni variis exundationibus in Galliam effusi, Parisios obfidebant. Carolus Crastus Imp. occurrit illis. Sed cum Nor- mannorum copie essent ad triginta millia virorum fortium, nec viderentur sine magno discrimine cædi posse, pacem cum iis fecit. Itaque regiones illas, quæ ultra Sequanam sunt sub Neuftriæ nomine, quarum incolæ jugum Imperatoris excu- serant, occuparunt: ibique confidentes, Normanniam appel- larunt, anno Dom. DCCCLXXXVIII. Sigebert. 19. Regina.

ROBERTO Normannorum duce in Hierosolymitana pere- grinatione mortuo, cum Gulielmus Nothus successisset, isque patros bello superasset, Henrici I. Francorum regis ope sub- nixus: Gulielmus comes Montolienfis, soboles, & ipse Rol- lonis iusta, primi Normannorum ducis, cum partium suarum nobilitate, hisque, qui notho puero parere turpe sibi, speique suæ existimabant, cum nobilissimis Francorum ad novam ex- perientiam sortumam, maximo comitatu à Gallia emigravit. Italia eos excepit, cujus longitudinem variis casibus emens, tandem in Apulia consistere, nomenque sibi ingens virtute, felicitateque peperere, nova semper manu affluente. Sed omnium decus, Roberti cognomine Viscardi, genere Normanni vir- tus, felicitateque antevit. Is cum longè, lateque imperium suum terra, marique propagasset, ipse (ut verbis Othonis Pontificis utar) Apulias, Calabriaque Ducatum retinuit, fratrique Ro- gerio Siciliæ comitatum dedit. Horum soboles non Ducum modò ab illis relicta insignia, nomenque, ac opes tutata est, sed ad Regium titulum, fastigiumque pervenit. Emil. l. 3.

Donatæ concessæ.

VALLIA rex Visigothorum in Hispania, ut notat Prosper, crebris Vandalorum nobilitatis victoriis, laborum quasi suorum mercedem à Constantio postulat, ut sibi in Gallia fedes restitueret, ac sedes confirmaret. Cui Constantinus comes ex Honorii Imp. auctoritate assensit, & sancito federe Aquita- niam ei secundam concessit, exceptis paucis urbibus, in pri- misque Biturica, & Arverna, atque extra Aquitaniam, Tolo- sa, quam ille sibi regni sedem assivit. Ea pars Aquitanie post Vafconie nomine insignita est. Sigon. l. 11. Imp. Occid.

MATHILDIS, Bonifacii ducis Lucentis Fæx Bohemorum san- guine orta fama inclyta, omnem agrum à Chalchaphano Senensis agrî oppido usque ad Ceparanum donavit Pontifici Romano. Pollicti patrimonium B. Petri appellarunt. Aeneas Sylv. c. 11. biss. Bohem.

INSULÆ.

Occupatæ.

Irrumpente in Liguriam Alboino Longobardo, erant vastæ inter Cremonam, Laudemque paludes, ab Olio, Serio, & Ab- dua amnibus, eademque multis, sed incultis insulis interstin- ctæ. Harum, quæ magnitudine cæteras superabat, viciniorum populorum periculum fuit: cum eò plurimum instantis periculi vitandi causa, ut in locum tutum se cum rebus suis omnibus ab ulteriore ripa remotis linitibus retulissent: ex quibus cum aliquo perpetuas ibi sedes ponere decrevisset, locum muni- re cœperunt, eumque à Cremeræ singularis inter se auctorita- tis viro Cremeri nomine appellarunt. Exficatis inde paludi- bus locus incolis frequentatus, atque opibus sensim adauctus est. Sigon. l. 1. regni Ital.

Saraceni ob angustiam loci ex Hispaniis colonias eduxerunt: & passim Romanas insulas populant, in Cretam delati, eam occuparunt, subactis incolis, classe Michaelis Balbi Imp. victa, & Cratero duce cum suis inter pacis casu, sub Ludovico Pio Imp.

Data dotis nomine.

In mari Deucalidonico ad Circium, & Boream sunt Orea- dum insulæ proximè ad litus Scoticum sitæ numero 28. atque supra Oreades centum miliaria, & amplius. Norvegiam versus Zelandiæ numero 18. de quibus magna fuit prioribus seculis inter Scotos, & Danos contentio, possessore tamen Da- no. Has omnes Christianus Danorum rex, Jacobo III. Sco- torum regi, cum Margarita filia, possidendas pacificè tradi- dit,

dit, pignoris loco, donec dotis nomine quinquaginta millia A florenorum Rhenenium reliqua Regi Scoto perfolverentur. Postea verò, cum Margarita peperit Jacobum Scotiæ Princi- pem, Danus in perpetuum renunciat juri suo de insulis maris Deucalidonici. Appendix b. Scotorum.

Emptæ.

Atentus puer à Venetis, & reliquis Occidentalibus in im- perium Constantinopolitanum restitutus, Cretam insulam Bonifacio Montisferati comiti sibi cognatione juncto donavit. Bonifacio regno Theffaliciæ potitus, cum pecunia indigeret, suadente Balduino, accepta ingenti vi auri, Cretam Venetis dedit. Veneti rebellantem Cretam in fide armis continentes, anno Salutis 1214. eandem in colonia formam redegere, missis eò civibus, qui Cretenfes in officio continerent, Jacobo Teu- pulo primo ibi duce constituto. Blond. l. 6. Dec. 2. ex Plat.

URBES.

Extrusa, Adificatæ.

Orbes per se à Theatro pertinenti Terrarum. Hic, qua- tenus inter Divitiis Locus ejus publicæ habitationis recen- setur. Consule Tit. Magnificentiæ in Urbibus.

Inter prophanos scriptores quis urbem primus posuerit, non convenitur. Alii Cecropem volunt, ut Plinius, qui eam ex- truxit, quæ postea æpæropolis, id est, arca dicta est. Athenienfis ur- bis, prisæ ex Cæropia. Strabo Argos prius à Phoroneo dicit condidit, quod Homerus Pelagionem nominat. Ægypti om- nium antiquitatum gloriam emittentis annalibus ad se tra- hunt, & Diopolim, quæ sunt Thebe, tempore omnes ante- cedere asserunt. Verum Enochia, ut Josephus vocat, om- nium est vetustissima, quam Cain, cum exagraretur furtis casti- fratis, nec ullus sibi locus tutus satis videretur, condidit de- filii Enochii nomine, murisque cinxit, & terminos agro po- suit: per quam civitatem mundum, & diaboli civitatem signifi- carit testatur. Hieron. ad Marcellam, & in Jonæ c. 4. Lud. Vives in l. 1. c. 1. Aug. de Civ. Dei, c. 8.

In Phlegæis Italia campis, quo tempore David Judæorum rex vixit, à Cumis, & Chalcedoniensis ex Bubœa profectus, Hippolis, & Megalithensis dux cum litoralis loco conditæ. C. Fama est duces ipso inter se pactos, ut gens altera ubi nomen daret, alterius civitas diceretur: atque ita evenisse ajunt, ut à Cumis sit locus nomen sortitus: Chalcedoniensem credita sit colonia. Sab. l. 9. En. 1.

Anno Salutis 856. cum Capua, quæ & Sicopolis dicebatur, ante annos ferme xxv. in monte Trifido edificata, factis in- cendio conflagrasset, Lando Comes, & Landulfus Episcopus, cum cæteri propinquis suis, alteram apud Pontem Casulini construxerunt. Sigon. l. 5. regni Ital.

Bello Maritico oppugnabant Romanos Samnites, Afulani, Lucani, Picentini, Nolani, & alie urbes, atque gentes, in quibus erat illustrissima, & maxima, & communis urbs nuper ab Italis perfocta Corfinium: in qua cum cætera quæ magnam urbem, & imperium confirmant, constituerunt, tum forum permagnum, & curiam, & cætera omnia ad bellum necessaria copiose, & pecuniæ multitudinem, & cibariorum largum comæatum. Constituerunt & senatum novum quingentorum virorum, ex quibus, qui patriæ imperio digni essent, pro- ducerentur, & qui de communi salute consultare possent, iis- de quæ belli curam mandarunt, summa potestate concessoribus permittit. Hi legem tulere, ut duos consules quotannis crea- rentur, & duodecim duces. Diod. l. 37.

CONSTANTINUS Magnus diviso jam pridem Imperio, illud deesse ad integrum dignitatem, atque amplitudinem represen- tandam intellexit, ut urbs magnitudine, ac nobilitate Romæ æqualis pareretur, quæ illa Occidentalis, sic hæc Orienta- lis majestatem Imperii sustineret: magnificam, atque illustrem nominis sui fore putavit, si hæc urbe constituta, tantum ipse decoris inveniisset, neque enim ego is assentior, qui hoc ab illo aut Romanorum, aut Nicomedensium odio excogitatum affirmant. Igitur consilio de nova condenda urbe explicito, locum prope Ilium urbem, in Sigeo promontorio sitam, de- cennali quondam Græcorum bello nobilitatam, munire con- stituit: atque eò profectus, non solum fundamenta jecit, sed muros etiam ad aliquam altitudinem excitavit an. 328. Tum verò eo consilio reprobato, animum ad Chalcedonem, quæ est in Bithynia, contulit. Verum designato vix opere, aquila L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. II.

devolarunt, ac fabricorum funiculos raptos trans fretum Byzan- tium detulerunt. Quæ re animadvertita, tanquam divino adver- sante numine perturbatus eò adit, ac situm contemplatus, magnopere approbavit, & translatis eò cum omni parata ma- teria fabricis, subinde opus instituit. Oppidi igitur antiquum ambitum dilatavit, ac muros tollere, atque ædificiis publicis, & privatis passim ad usum, & decus explete instituit, accitis ad navandam operam non solum provincialibus omnibus, sed etiam sociis barbaris, ac præcipue, formidæ auctore, Gothis: Ædificia verò publica eo numero, dignitateque fuerunt, ut in omnibus rebus Romanam amplitudinem adæquarent, pala- tium, curia, circus, porticus, theraæ, fora, arcus, obelisci, col- umnæ: quæ marmoribus, atque opificibus aliunde acceritis eximia præparatione curavit, ita ut pleraque propter nimiam adhibitam in adificando festinationem infirma, succedentibus proximis annis firmiore opere fuerint instauranda. Inter tem- pla, quæ & in urbe, & in suburbio erecta sunt, præcipue me- moratur templum S. Sophiæ nimirum infinitæ ipsi Dei sapien- tiæ consecratum, templum Pacis, & sanctorum Apostolorum. Ex foris id celebratur, quod ipse à suo nomine appellavit, in quo medio postea columnam ex porphyritide lapide posuit Roma devectam: in cujus summo signum Apollinis ex lilio propter operis nobilitatem translatum collocavit, atque in ba- si nomen suum inscripsit. Surgentibus jam ædificiis publicis, F domos etiam privatas instituit, & ad frequentandam urbem eximie nobilitatis viros cum ex aliis civitatibus, tum præci- pue ex Romana vocavit, & certa vestigialia adificia perfici- endi, & copiam annonæ parandam attribuit. Vocatis Orientis Episcopis, ante diem quintum Idus Majas magna ceremo- nia urbem novam Deo, ac Virgini Dei matri consecravit, eamque novam Romam, & Constantinopolim appellavit: atque ad dignitatem urbi addendam, Ecclesiæ ejus ad hono- rem patriarchatus, ut Græci scriptores prodiderunt, exivit ejuoque Episcopum Metrophanem post Alexandrinum federe instituit. Hæc facta vicefimoquinto Imperii anno D. Hieron. in Chron. disertè notavit, & Cedren. in Hist. qui annus in quin- quennalia Cæsarium incidebat, quem maxima celebrare lætitia asseverat. Sigon. l. 4. Imp. occid.

LYBUSSA Premislai Bohemorum ducis uxor, urbem condi- tura regiam, eo loci prima jussit fundamenta jaci, quo colo- num deprehenderant caudicem detruncare. Parent illi, & in- ventum colonum interrogant, quid ex trunco illo paraturus esset? Responde tulle patrio sermone, Prach, hoc est, limen se- suo parare tugurio. Lybussa proinde urbi nomen indidit Prage, C quod ea magnis olim regibus, & introitum esset datur, & si in illam impingerent, pemiciem allatura. Dub. l. 2.

In maritimis Vandalie novam civitatem Lubeck, inhabita- tam à Saxonibus Adolphus Comes Holfatiæ primus cœpiæ edi- ficare, quam Crito Vandalus (qui opportunitatem loci primus conspexerat) inchoatam reliquerat, Frederico I. regnante. Hen- ricus Leo dux Saxonie perentens detrimentum in suo Barde- vico (nam Lubeceus præoccupabant omnes merces) egit cum Adolpho Comite, tanquam feudi dominus, ut urbem novâ sibi relinqueret: sed frustra. Interdixit Lubeceusibus, ne ad interio- ra Saxonie merces veherent novam urbem ad Wokenisiam ere- xit, quam appellavit Leoniam. Tandem cum Lubece incendio conflagrasset, questi cives, quod restitatur frustra videretur, nisi libera foret mercaturæ negotio, permisit Comes. Duci civitatem. Is jussit proclamari per omnia emporia immunitas civium, instituit ordinem republicæ, delegit senatum, nu- missima constituit, & facta est brevi Lubece splendida civitas præ cæteris, quæ ante eam fuerat. Crantz. l. 6. Metropol. c. 54.

Occupatæ.

Consule Tit. Prudentia bellicæ, in Urbibus capiendis. Respektu Occupantis, ad Opulentiam pertinet: respectu Amittentis, ad Paupertatem, aut Servitutem. Iste, aliqui Urbes ad Theatrum Locorum pertinent. Item Tit. de Deditione.

SARDIS Cretæ regiam, Lydorum metropolim, inexpugna- bilem alioquiæ parte, qua Imolium fl. respicit, Cyrus Persarum rex cepit. Nam Hyrcædes Mardus, sub Cyro militans, confpicatus quendam Lydum pridè descendisse ad recipi- dam galeam illinc devolutam, ad veritatem animi, atque confide- ravit: dehinc ipse descendit, & post eum alii Persæ subinde, atque alii frequentes. Herod. l. 1.

Jones à Nello Codri regis Atheniensis filio in coloniam deducti, occupata Mileto, mares omnes interfecerunt, præter eos, qui fuga sibi salutem quaesierunt. Illorem quingens & filias, victores in uxores duxerunt. Nelei quidem sepulchrum non longè à portis est, ad lavam ejus viæ, qua Didymos itur. Paus. in Achaicis.



Vejos urbem Hetruscorum munitissimam decimo demum anno L. Fur. Camillus dictator expugnavit, non aperta vi, sed cuniculis in arcem actis. *Plut. in Camillo.*

BELISARIUS Justiniani I. dux, fugiente in Numidiam G. limite Vandalorum rege, Carthaginem cum omnibus suis intendit iter: & sequenti nocte, cum eo pervenisset, extra urbem sub tentoriis manit, quamquam comiter, ut introiret, à civibus invitatus, nam & advenienti exercitui portas aperuerunt, ac lumina, & ignes tota urbe ad vias illustrandas accenderunt: Vandalis qui remanserant, ad templa progressis, & classis adventanti, ferreis catenis retractis, liberum in portum aditum præbuerunt. Inde cum jam diluisset, omnes suos sub signis, tanquam ad prælium instructos in urbem induxit, ac nullo (quod timebat) sese hoste obiciente, in regiam profectus, in sede Gilimeris confedit: tum in Delphico epulatus, prædam omnem jussit exponi, tanta in omni imperio modestia adhibita, ut in magna trepidatione, fummoque tumultu civitatis, nemo nihilominus tabernæ occultaret, aut mercari volenti aliquid venale abnuerit. Post hæc Vandalos ad templa profectos in fidem recepit, ac muros B urbis dirutos reficere, urbemque munire adversus omnem bellum, quæ cieri posset, tempestatem instituit. *Signon. lib. 17. Imp. occid.*

ALDEFONSUS Asturum & Castellæ rex, Toletanam urbem populosis oppugnaturus, quatuor annis continuis agros vastavit. Quinto demum obsidione advovit, septenis castris illam circumdans. Itaque fame coacti cives, sed & tyrannide & ignavia regis sui Hæie moti urbem dedidere, anno 133. *Rodericus Tolet. l. 6. ver. Hisp. c. 23.*

URBANO II. insitante, Petro Eremita ducente, Christiani in terram sanctam suscepta expeditione, Hierosolyam quatuor locis oppugnare magnis viribus adorti, cum Saracenis acriter defendentibus Ildibus Julii (Æmilii habet IV. Nonas Julii) vi cepere, XXXIX. die, postquam obsideri cepta est, anno Salutis MXCIX. & anno CCCXC. postquam imperante Heracleo à Saracenis occupata fuerat. Præcipua in recuperanda tanta urbe laus Godofredi Bolionii fuit, qui muros pignus confedit: Baldinoque potestatem fecit, ut in Rubem descendens, Christianis portas recluderet: quibus certe irumpentibus, tanta cædes facta est, cum in urbe, tum vel maxime in templo, ut morientium cruor talos hominum supergredere. Cessissent eadem quoque die templum, nisi C nox supervenisset. Verum sequenti die repetita oppugnatio est, & his venia concessa, qui positis armis, suppliciter salutem petiere. *Platina in Paschali II. Manere octo dies Christiani, sacrum sepulchrum Domini, & cætera sancta loca visitantes. Deinde summo omnium consensu elatum humeris Godofredum Hierosolyorum regem acclamaverunt: qui dominium quidem urbis acceptavit, regni verò titulum, & coronam respuit, indignum ducens aureo diademate hominem uti, ubi rex regum spinam coronam suo sanguine manantem gestasset. Rursus post octo dies Arnulphus presbyter, patriarcha creatus est, & ab Episcopis, qui aderant, consecratus. *Blondus lib. 4. Decad. 2.**

Cum ductu Petri Eremitæ Christiani in Terram sanctam suscepissent expeditionem, Antiochiam cepere, Pyrrho Antiocheno cive admodum potente, urbis ingressum præbente (Æmilii Hemipherrum Cassiani scribam habet) Qui Bohemundi A puliz ducis, Roberti Guiscardi F. virtutem admiratus, dediturum se illi urbem spondit, si reliqui Christiani eadem cum imperio præesse Bohemundum patenterent. Ingressi urbem Christiani, omnibus ferè pepercere, in præsidia Saracenorum tantummodo sævitum est. Sola arx superærat, quam dum Bohemundus acerrimè oppugnat, femur sagitta traiecit, & adeo graviter, ut per aliquot dies ab oppugnatione desisterit. Senadolo autem Cassiani regis filio nova è Perside auxilia adducente, & in montibus se continente, Bohemundus penuria rerum omnium urgente, decrare omnino instituit, etiam iniquo loco. Prælati itaque lancea illa, tanquam vexillo, qua Christi latus transfixum à Longino fuit, in Basilica S. Andree Antiochiæ reperta, hostes acriter resistentes superavit, quorum de numero ad centum millia perisse constat. Præterea verò in eorum castris ad quindecim millia camelorum capta traduntur: indeque tanta præda avecta, ut ab extrema inopia ad summam rectum omnium uberant ventum sit. Præfectus autem arcis, cognita suorum calamitate, & arcem Bohemundo tradidit, & Christi fidem suscepit: permittit & his, qui in præsidio erant, ut si Christi fidem amplecterentur, abire cum rebus suis liceret, quoquo vellent. *Platina in Paschali II.*

Donat. CLEMENS VI. Pp. Avenionem urbem à Joanna regina Neapolitana obtinuit. *Æmil. l. 9.*

ARCES.

Occupata. Quere Arx.

METALLI FODINÆ REPERTÆ.

Consule Titulum Prudentiæ in acquirendis opibus.

PREMISLAUS Bohemorum dux primus, repertis argentimetalis, argentarias in Bohemia coluit. *Dubrav. l. 2.*

CORPORA SANCTA.

Inventa.

AMEROSIUS Mediolanensis Episcopus anno 396. corpus S. Nazarii martyris in horto extra urbem invenit, sanguine perinde recenti, ac si eodem tempore, quo lavabatur: lotum, & compositum in sepulchro fuisse, id ad Basilicam Apostolorum pridie solennis eorum deinde conditum fuit. *Signon. l. 10. Imp. F. occid.*

Circa annum Salutis 477. corpus S. Barnabæ in Cypro inventum est, Evangelium S. Matthæi sua manu descriptum super pectore gestans. Quæ res Cyprum laudi usque adeo fuit, ut propterea ea Ecclesia ad Metropolitanam dignitatem evecta sit. *Signon. l. 15. Imp. occid.*

Ferunt aliquamdiu Venetiis D. Marci corpus ignoratum ubinam esset conditum: credunt vulgo, quasi se oculis populi subtrahere voluisset, in occultatione tranfuisse sedem. Sed cum desiderium tanti numinis sollicitam civitatem haberet, supplicatione, & jejuniis indico, antistes aliquot, totiusque clerus sequente populo ad ejus eadem supplices venerunt. Tum ibi post multas preces, miraculo tradunt, altero ex humo exerto brachio se suis civibus ostendisse. Tum demum ingenti populi læticia sublatum inde corpus, atque in locum augustiore depositum: decretumque, ut soli principi, templique procuratoribus id sacrarium fas esse fecit. Novam ad eum sumptuosiore apparatus erectam tum illi vbi Vitali Falerio duce dedicatam ferunt. *Sab. l. 5. Dec. 1. Vide locum de Reliquiis Sanctorum. Repta.*

Armis Christianorum, & in primis Venetorum, anno Sal. 1120. Tyrus capta, & Hierosolyma regno addita est, tertiaque G pars Tyri, & Acalonis, si caperetur, cum multis privilegiis Venetiis assignata est. Emanul Græcorum Imperator Christianis tantam victoriam invidens, Venetiis imperavit, ut Dominicum Michaelen ducem revocaret. Is revocatus, R. hodum, & Chium Græci Imperatoris insulas spoliavit, & in Chio B. Theodori martyris corpus inventum rapuit, quod Venetiis delatum est. *Blondus l. 5. Dec. 2.*

Bretislavus Bohemorum princeps Gnesnam, Poloniæ Metropolitim cepit. De corporibus S. Adalberti Gaudentii, Christianiorumque ipsius sodalium, tollendis deliberabatur. Causam deliberandi præbuerunt extracti templis pro mortuis, ii, qui temerè manus admoveat sepulchris sanctorum tentaverant. Post multam deliberationem. Severus Pontifex Pragænsis, supplicationem, & jejunium triduanum indixit, adhibitisque deinceps Sacerdotibus, citra cuiusquam noxam corpora inde omnia abstulit. Esti Poloni dicunt S. Gaudentii corpus pro B. Adalberti corpore avectum: cum hoc templi custodes clam defodissent alieno loco. Abstulit item Bretislavus donata templi preciosissima, crucem auream libras auri CCC. pendente: H tres item tabulas aureas æra, cum gemmis, & unionibus, cum argenteis, inauratisque vas. *Dubrav. l. 7. in Crom. l. 4.*

RES SACRÆ QUÆVIS.

Repta, Capta.

Sub Heli iudice Israelis Palestina arcam fœderis in prælio ceperunt, occisis Ophni, & Phinees duobus Heli filiis, camque Azotum transtulerunt. *1. Reg. 6. l. 7.*

NABUCHODONOSOR Babyloniorum rex inmensam prædam captis Hierosolyms, sub rege Sedecia, abstulit, ex templo Domini omnibus vas factis, aureis, argenteis, æreis ablatis. *4. Reg. 25.*

AMILCAR Carthaginensis Gelam Siciliæ urbem obsidebat. Stabat tum haud procul extra Gela moenia statua Apollinis arca mira magnitudinis, quam inter spolia rapam Carthaginensibus Tyrum misere. Hæc à Gelo olim ipsius dei oraculo iussis extracta, dedicataque eo loco fuerat. Tyri verò quo tempore ab Alexandro Macedone obsidebantur, eam contumelia affecerunt, utpote quæ pro hostibus contra se dimicare videtur.

videretur. Capta urbe ab Alexandro, veluti Timæus tradit, A simili, & ejusdem nominis die, & hora, qua quondam Carthaginenses Apollinem Gelois rapum abstrulerant, eidem simulachro per Græcos solenni admodum litatum sacro, maximeque munifico, & multo thure gratificatum, perinde ac victoriam, & urbis obtinentæ præcipuo auctori: *Diod. l. 13.*

COSROS Perfarum rex, captis Hierosolyms, signum crucis Dominicæ fecum abstulit. *Sab. l. 6. En. 8.*

GEORGIUS Maniaces Protospatrius, sub Romano Argy. Imp. & urbium juxta Euphratem præses, Edessam insignem urbem Euphratis vi cepit. Ubi epistolam propria Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi manu conscriptam cum reperisset, regi eam transmisit. Fuit autem hæc epistola à Christo Jesu regi Abagaro conscripta, priusquam pateret, & ex Syrorum lingua translata, quæ ab Eusebio primo Ecclesiastica libro est inserta. *Cusp. A. D.*

Mortuo Casimiro Magno, Lituani Poloniam invasere, ac inter alia Calvymontis monasterium diripuerunt. Unde cum in eam prædam portionem crucis Christi auro inclamam asportarent, & ad fines Poloniæ pervenissent, memorabilis res accidit. Plaustrum enim, quo crux cum cætera præda vehabatur, nulla vi neque jumentorum, neque hominum loco moveri potuit: quin subito concidebant examinati homines, equi, & boves, quicunque id plaustrum attingerent. Obstupescit re nova Lituorum ducem, cum ex Rusio quopiam miraculi, & claudis lux causam cognovissent, mox cruceum cum Chorabala quodam nobili captivo, libertate donato, ad locum suum remisit: ipsi cum reliqua præda domos suas salvi pervenerunt. *Cromerius l. 13.*

ANNO 1011. Baldunus Hierosolyorum rex in Syria Casaram Genuenibus adjuvantibus cepit. Ex ejus urbis præda vas smaragdinum Genuenibus obtigit: quo Christus in Cæna ultima dicitur esse usus. Itaque hodie quoque Genuæ eo nomine illud religiosissime asseveratur. *Cig. l. 9. regni Ital.*

JOANNES Moschoviz dux, Novogradio urbe an. 1487. occupata, Archiepiscopi ærarium auro, argento, gemmis, margaritis, & omni genere opum per multos annos congestarum referatissimum, ac ditissimum, spoliavit, solumque aurum, argentum, & gemmas, atque uniones trecentis curribus asportavit: nam qui cæteram suppellectilem portabant currus, fuerunt innumerabiles. *Crom. l. 29.*

Capta à Mahometo Constantinoполи, templum ingens, ac sacrosanctum Sophiæ, Justiniani Cæsaris opus, spoliatum omni sacra suppellectile, ac donariis Sanctorum, omnibus patuit spurcitiis, lupanar factum fornicorum, & equorum stabulum. Edixit autem tyrannus post captam urbem, ut regia supellex, omniisque sacrarum ædium ornatus, monumentaque illa fœderentur, neve milites ea diriperent. Inventa sunt tamen in cœnobio (quod vulgus de Petra appellat) dextra Præcuratoris S. Joannis, ac monimenta Salvatoris nostri, sponsia, calamus, ac lanceæ ferrum: cujus acies lima secata à Constantino VI. Carolo Magno Francorum regi donata erat, quæ superbus victor inter regias gazas asseverari iussit. Quanquam autem multo magno ære has sanctas reliquias redimere sapius anixi essent, adversata tamen sunt à Turco ob mulierem quandam Græcam, quæ regis libidini inter pellices patuit, cum à cultu Christi non desecisset, quæ sese exoluturam precium passioni offerrebat, ne ad occiduos transiret sacra Byzantiorum reliquæ. *Nausclerus in Cibron.*

MAGNUS Nicolai Danorum regis F. regis Gothorum rex, ut idolomania materiam deleteret, inter cætera trophæorum suorum insignia inquant ponderis malleos, Joviales dictos, a pud Insulam quandam cultos, in patriam deportandos curavit, ipsum quodammodo Jovem exarmans. *Saxo l. 13.* Cupiens enim antiquitas tonitruorum causas usitata rerum similitudine comprehendere, malleos, quibus cæli fragores cieri credebat, ingenti arce expresserat.

Inventa, Repta, Quere Tit. de Cruce.

THESAURI.

Inventi.

Cotinus exiit à Mummio, deserta diutius manens, à Cæsare denuo est restituta ob loci commoditatem, missis eò Colonis: qui sepulchra fodientes, plurima inveniebant fistilla torumata, permulta etiam ænea. Omata subinde miraculis opera, nullum indicium dimiserat sepulchrum. Unde inventis talibus locupletati, de urbem Romam Necrocorinthiis replere, præda videlicet de sepulchris crepta. *Strab. l. 8.*

Æsopus fabulator Pnyx, thesaurum inter sepulchrorum inscriptiones inventum, ambigua interpretatione nunc hero, E nunc Cæso Lydorum regi attribuit. *Plautus in ejus vita.*

De Piscatore naufragi corpus sepeliente, & thesaurum inveniente, sic scribit *Carpyllides in i. Græcorum Epigr.*

Βοβοῦς ἀνέστη πρὸς τὸν ἄνθρωπον ὁπότε ἐβύβατο, ἔλεγε τὸν θάνατον ἡρώδου καὶ τὸν ἄνθρωπον ἔλεγε τὸν θάνατον ἡρώδου.

BOBOUTUS amplius septuaginta annos natus, cum in thesaurum incidisset: sublato cruce contempit, & præterit, quasi jam nihil ad se pertinetem. *Stob. ser. 12.*

TAMERLANES Perfarum, & penè totius orientis rex, quodam tempore cum iter per Syriam faceret, obtulit se ei arator, qui tunc in ingens vas aureæ monetæ impeggerat. Cum autem omnes, qui cum rege erant, regis auro illud esse dicerent, iussit rex agricolam ad se monetam deferre, qui jam omnem retinendi inventi auri deciderat. Insecta moneta rex, abstantibus petiit, Putarente patris sui imaginem, quam pecunia impressam habebat: Cui cum respondissent, Romanorum principum effigiem esse: rex dixit. Si ergo ex pecunia F majorum meorum non fuit: aratori eam relinquamus, ad quem Deus eam detulit. Absintina profectò singularis, & quæ in multis principibus opanda sit. Neque enim contenti sunt, inventos sibi rapere thesauros: verum quotidie illa quoque rapiunt, quæ privatorum multo laborem, & sanguine parta, ad conjuges, liberosque eorum alendos necessaria sunt. *Fulg. l. 4. c. 3.*

LUDOVICUS Pius Imp. dum Ratibonæ, Francofordiæque facras ades, muro hærentes, mœnibus solo æquatis ampliarum jubet, thesaurum reperit.

HONORIUS Imperatoris, qui anno Domini CCCXXVI. obiit, Mariæ & Thermaniæ, filiarum Silliconis, quæ Honorio desponsata ante nuptias obire, sepulchra ad D. Petrum Romæ existerent. Verum propter frequentes Barbarorum incursiones, & mutationes varias, ita ex hominum memoria exciderant, ut penitus ignorarentur. Anno tandem MDXLIII. sub Paulo III. cum fundamenta Ecclesiæ refererentur, Thermaniæ, & Mariæ corpora in marmoreo sepulchro pretiosissime exornata inventa fuerunt, cum mundo muliebri omni. Corpora attactu in cinerem resolvebantur. Aurum ex reginis deciduum libras pendebat 80. Margaritæ insignis magnitudinis 53. quæ ita computurarentur, ut digitis concenterentur. Anuli centum variis gemmis diffrant. Aurum pectorale gemmis insignis. Vasa plurima, & organa muliebria ex auro, crysallo, succino. In Cornelio, & Topazio, auro junctis circulo, ex altera facie hæc legebantur: Scilicet Theri Honori Maria vivatis. Ex altera vero: Silicæ Serenæ Honori Maria Thermaniæ vivatis. Thesaurus Pontifici cessit. Esti non desceat, qui cum ad Imperatorem jure spectare dicerent. *Surius in comment.*

EUTYCHUS Sabinus prænus cum esset, conversus ad uxorem: nescio quid, inquit, boni mihi prælagit animus. Atque è vestigio cum Romam properaret, iter ingressus, cum de æstu, deque itinere sessus sub arborem condescisset, animadvertit vetus ædificium, quod erat secundum viam, paulo ante corruisse, factisque ruinæ propior, in scrinium incidit argento plenum. *Pontan. l. 2. de Fortuna, c. 12.*

BARTHOLOMÆUS, Antonii Vercei Codri Grammatici Brixienfis clarif. avus, pauper piscando vitam aliquamdiu toleravit. Mox dum foderet agrum, casu in fistili quadam urce factis magnam vim argenti invenit: ex cuius dimidia parte tantum agrum emittit, ut ejus soli proveniat abundanter familia alimentum præberet. Ex reliqua verò pecunia, aromatariam instruxit tabernam. Is Corsetium Codri patrem creavit. *Bartolomeus Bononiensis in vita Codri.*

Plura require in loco de Thesauris. Detasti. Proditii.

PARIAS portitor Ithacensis latrones transfudit, atque senem quandam captivum cum pice, rogante sene, de latronibus emittit. Erat autem in pice absconditum, & occultatum aurum. Quo reperto, cum divites evasisset, semi bovem immolavit. *Heraclides.*

GALLIÆ Barbarus quispiam clam indicavit magnam auri vim in puteum quandam coniectam. Is & occidit indicem, ne prodere, & aurum sustulit. Ubi res innotuit, in comedia rum



rom juncum verfa est, ut qui malis artibus subitò ditesceret, a dæmoniis obfisteretur, dicereur. Plut. in vita Aristidis. Atig, & Hesychius. Erasim. Cæli. 28. c. 26. A. L. d. xxx. enim Græcis dicitur locus sub terra continendis vinis, ac oleo quoque.

GUNTHRANUS Gallorum rex per somnium thesaurum invenit: cum anima regi per os egressa dormientis, supra ferreum pontem transmissa torrente, vicinum montem subire vila cset, spectro tam vano, quam absurdo.

ROBERTUS GUICARDUS Normannus ex Gallia in Italiam profectus, pulsus Græcis, & Saracenis, Apuliam occupavit: statumque reperit circa caput aneum circulum habentem, his literis inscriptum. Kal. Maii, oriente Sole, aureum caput habebat. Saracenus quidam magicæ artis peritus à Roberto captus, notato termino umbræ ipsius statuz, Kal. Maii oriente sole, effosso loco thesaurum invenit, quo se è Roberti manibus liberavit. Platina in Leonis vita, & Colletanus l. 3. biff. Næp. & Bonifacius l. 2. Decad. 2. Paulo aliter Petrarca, in l. Exemplo de Prudentia, inquit: Erat in Sicilia, ut ajunt, ingens statua, que in loco notissimo, ab extrema hominum memoria intacta permanferat, in qua literis vetustissimis insculptum erat Kal. Maiis habebat caput aureum. Enimverò id ludicrum commentum quidam crediderat: alii nudum verborum sonum secuti eo vanitatis excefferant, ut in die Kalend. statuz caput terebant: ubi cum nihil præter solum marmor invenissent, fabulatum, ac risus materiam vulgò dederant. Unus tandem antiquitatem statuz simul, atque artificium contemplatus, cogitantque in re tam feria aliquid præter fabulam latere, scripturam ab omnibus conspectam, sed à nemine intellectam, acutior penetravit ingenio. Siquidem die Kal. redeunte, animo, atque oculis intentus, ortum Solis opperiens, locum, ubi caput statuz primis radiis umbram jaceret, diligenter animo conspexit. Illic postea clam fodiens, magnum auri pondus reperit.

Repti, Ereptialii.

Aurum vellus Argonautæ, ducè Jafone, Colchis eripere, Medæ regis Ætæ filie proditio. Hoc alii thesaurum à Phryxio è Bœotica fugiente asportatum interpretantur. Thebani verò tradunt, prædagonem Phryxi vocatum Crion, hoc est, Arietem, qui cum puero in Colchidem delatus, ab Ætæ rege patrio ritu fuerit Dianæ immolatus, pellicis cadaveri detracta in templo de more suspensa. Adiciunt, Phryxum Gambro, Scytharum regi dono datum: cui ille flore ætatis, vel indole potius conciliatus, postremò sit hæres relictus. Ætæ interim oraculo doctus, fore, ut quando arietis, qui aræ fuerat admotus, ex sacro spoliis luco eximeretur audacissimi hospitis manu, tum demum mortem occumberet: eo monitu exterritus, pellem auro illitam, ut diligentius aservaretur, templo intulit, sacerdotibus, custodisque loco adhibuit, qui pervigili statione fatalis exuvias ab omni vi, fraudeque tuerentur. Alii arietem pecus sub Phryxi in Colchidem adventum Ætæ tam male crediderunt, ac tum pellem, quam hostiæ detraxerat, quia sibi fatalem cognovisset, inaurari, custodiri que imperasse, templo multifariam munito, & ad exteras gentes procul inde metu arcendas rumores dissipari, passim hospites ab rege in Colchide mactari. Cæterum five verus fuit ille sacerorum ritus, five ad terrorem factus, satis constat, viros fortissimos ex Laurica regione accitos, custodisque adhibitos qui cum truci essent ingenio, vimque, & robur præ nimia ferocia spirarent, ignivomi tauri à poetis decantentur. Pari ratione & de dracone fabula vulgata est. Sab. l. 5. Ep. 1.

CAROLUS Burgundus vidus ad Nancejum oppidum ad Helvetios, & castris exutus, partem antè gloriam magnis gerendis rebus amisit. Dicitur Carolus tum primum regiam suppellectilem in castra advehi imperasse, que esset indicio pertinacis animi, si diuturno bello procul domo manendum, atque agendum in castris. Estet ea vero multorum annorum spacio collecta, quibus domus fortunatissima, & beatissima floruit, victoriz insignie monumentum Helvetiis, & domesticæ virtutis, & frugalitatis documentum illustre fuisse fertur. Nam argenteos lances, & pocula ex solido auro, tum gemmarum magnam vim, tanquam è vili materia essent, & quo eorum speciem referrent, quorum usum ipsi ignorarent, venalia in vicinis oppidis exiguo precio habuisse dicuntur. Brutus lib. 6. biff. Floren.

Vindictæ.

Castrum est in Persarum, atque Indorum confinio, nomine Tzudader, in quo multum pecunie, margaritarum, & lapidum pretiosorum repositum, à dæmonibus aservabatur. Cabades rex ea percepta, castrum occupare est annixus. Cumque ei à dæmonibus obfisteretur, omnibus, & Magorum, & mox Judæorum tentatis artibus impos propositi fuit. Ergo cum ei persuasum esset, Christianorum ad Deum precibus eo se potiri posse: hoc à quodam Episcopo Christianorum ille Perfide agendum contendit. Is synaxi coacta, cum divinis mysteriis communicasset, ad locum accedens, dæmonas ibi morantes communicatumque Cabadæ nullo labore occupandum tradidit. Quo miraculo Cabades attonitus, primum in confessu locum Episcopo ei tribuit, quem hætenus Manichæi, & Judæi tenebant: liberam quoque potestatem fecit is, qui baptizari vellent. Cæd. in vita Anasfasi Imp.

GEMMÆ. Donatæ.

THEOPHRASTUS tradit, in Ægyptiorum commentariis reperiri, Regi eorum à rege Babilonio mistum smaragdum munere quatuor cubitorum longitudine, & trium latitudine. Et fuisse apud eos in Jovis delubro obeliscum è quatuor smaragdis, quadraginta cubitorum longitudine, latitudine verò in parte quatuor, in parte duorum. Se autem scribere esse in Tyro Herculis templo stantem pilam è smaragdo, nisi potius pseudo-smaragdus sit, nam & hoc genus reperitur, & in Cypro inventum ex dimidia parte smaragdum, ex dimidia jaspidem, nondum humore in totum transfigurato. Apion cognominatus Platonice, paulò ante scriptum reliquit, esse jam nunc in labyrintho Ægypti colossicum Seraphin è smaragdo novem cubitorum Plin. l. 37. c. 5.

Reperitæ.

Judæus quorundam hortatu, relictis opibus Christianissimum amplexus est, centuplum se recipiturum ex Evangelii dicto sperans. At ubi ad mendicantem redactus, in xenodochio æger decumberet, hominum, deorumque fidem incufans hæmorrhoidum doloribus agitatus, in vicinum campum ventris exonerandi causa descendens, linteo involutus lapides pretiosissimos reperit. Suscepit ergo à medicis, convuluit, & re jam audior, Christi benignitate extollentibus respondebat: Centuplum quidem reddidit, posteaquam & patientiam meam, & vestram frigidam charitatem factam probavit. Poggius in Facetis.

ANNULI. Reperiti.

Erat quidam senex Florentius Hipponensis, homo religiosus, & pauper, qui fartoris arte pascebat, casulam perdidit, & unde sibi emeret, non habebat: ad viginti martyres, quorum memoria apud Hipponenses est celeberrima, clara voce, ut vestiret, oravit. Audierunt eum adolentes, qui forte adirent irritiores: eumque descendentes exagitant, prosequuntur: quasi à martyribus quinquagenos flores, unde vestimentum emeret, petivisset. At ille tacitus ambulans, eiecitum grandem piscem palpitantem vidit in litore, eumque illis faventibus, atque juvantibus apprehendit, & cuidam comquo nomine, bono Christiano, ad coquinam conditarius indicans quid gestum sit, trecentis floribus vendidit, lanam comparare inde disponens, ut uxori ejus, quomodo posset, ei, quo indueretur, efficeret. Sed coquus confidens piscem, anulum aureum in ventriculo ejus invenit: moxque miseratione flexus, & religione perterritus, homini eum reddidit dicens: Ecce quomodo Viginti martyres te vestierunt. Aug. lib. 22. de Civ. Dei, cap. 8.

NUMISMATA. Donatæ.

Refert L. Marinæus Sic. l. 19. ser. Hist. in veterib. Hispaniolæ insulæ fodinis, nummum aureum reperit, in quo, & Augusti Cæsaris effigies sculpta erat, & inscriptio, quem nummum Jo. Rufus, Archiepiscopus Confentinus, Pontifici Max. miserit. Reperit.

LEONARDUS quidam Basileæ circa ann. Christi 1520. fartoris F. ingenio simplex, voce balbus, Leniamnum vulgò dictus, incertum qua arte, cryptam illam, que Augustæ Aurocorum patet, ingressus, ulterris quam ulli aliis unquam potuerit progressus, miranda quædam spectra referebat. Cereò accessit in cryptam descendens, primum per ferream portam sibi transcendendum ajebat: inde ex una concameratione in aliam, atque etiam in hortos pulcherrime virentes. In medio aulam magnificè ornatum spectari, & virginem pulcherrimam pudentem, aureo diademate caput circumdata, capillis solutis, infensè

inferè in horridum serpentem desinentem, à qua manu ad A. serinum ferreum duceretur. Serinio duos molossos nigros incubare, & terribili latratu accedentes arere. At virginem mirabilem similem eos conspexere. Tum clavium fæce, quem eollo alligatum gestare solato, arcam recludere, & omnis generis numismata aurea, argentea, ærea, depromere. Quorum non pauca liberalitate virginis ex ipsa crypta se retulisse ostendebat. Addebatur, virginem narrare solitam, diris impreationibus se se, cum regio orta esset stemmatè, jam olim devotam, in tale monstrum mutatam fuisse, neque aliam salutis recuperandæ rationem superesse, quam si ab illibati pudoris adolescente ter deosculata fuisset: tunc enim Formam pristinam sibi restitutum iri, & dotis nomine thesaurum omnem, qui eo in loco lateret, liberatorum cessurum. Affirmabat quintetiam, bis sese virginem deosculatum, bis tam horribiles gestus in ea præ nimio gaudio feratè liberationis observasse, ut sibi, ne vivus ab ea discerperetur, metuendum fuerit. A quibusdam nepotibus in ganeum deductus nunquam postea aditum ad cryptam reperire potuit, nedum ingredi. De qua re miscellus læpè etiam cum lachrymis conqueffus fuit. Phantasma hoc diabolicum fuisse, quis non videt? ac cerè tamen vetustissima numismata Romana, que ex caverna illa retulit, & multis civium nostrorum vendidit, indicium faciunt, latere fortassis in ea crypta thesaurum, quem avarus quidam demon custodiat, non secus atque in aurifodinis cacodæmones strangulatores interdum metalicæ operæ magno suo cum malo experitur. Post illum civis quidam Basilicensis in summa annonæ penuria, ut familiam commodius aleret, spe numismatum eruditorum in eandem cryptam descendit. Verum illi quovisque progressus, cum præter ipsa quædam humana nihil aliud invenisset, maximo horrore correptus, concitatissimo gradu è specu rediit, spe sua frustratus, teste Joan. Fucio in Cbran. Helv.

\* ANNO M. DC. VII. Inter Alostium, & Teneremundam Flandriæ Oppida, in vico Mespelaria vocato, ubi olim legiones Romanæ in hybernis consistisse, videlicet inter Schaldim, & Teneram fluvios, & pestilentia, que universum tunc orbem prævaleret, teste Eusebio in Chronico ad annum CLXXIV. ad interfectionem penè extinctæ perhibentur, ab illius ævi scriptoribus: 1. Viragressi hortulum suum effodiens, ligone obicem deprehendit, eautemque duram arbutatum, pergit eam scrutari, & eruere. Reperit loculum ferreum, & thesaurum C. propitiæ fortunæ donum, ita verè erat, arbitratus, domum desert, aperit, & ingentem numismatum (mille, & sexcenta penè numerabantur: ) cumulum deprehendit. Ille primum ætæ suspicatus: vulgare cepit, quod acciderat. Serius aurea omnia esse cognovit, & variè distinxit. Quin & Filco Principis pleraque pendenda erant, ac Reptor ipse vinculis traditus, donec rem totam emarraret, seque omni injuste rapine suspitione liberaret, verè in tam lauta fortuna infortunatus. Lustravit bonam eorum partem Antuerpiæ, quo nunc ad hos, nunc ad illos venalia adferbantur: vir nobilis, & & omnis antiquitatis cultor eximius, & conquistor sedulus Nicolaus Rockox, & præstantiora quædam pretio redemit, suoque Numismatum veterum opulento, & raro thesauro adferuit. Inter hæc erat unicuique, dumtaxat Commodi Imper. adolescentis forma: neque enim alia istius generis fuerant: item Lucii Ælii, quem Hadrianus Imp. adoptaverat, unicuique tantum. Ipsius verò Hadriani, & Sabinæ uxoris: Trajani quoque, uti & Antonini Pii, Marci Aurelii, & Conjugum eorumdem quam plurima. Matthidæ verò unum, aur alterum: Denique Lucii Veri, & Lucillæ uxoris nonnulla. E quibus D. difficile non fuerit historiz veteris perito colligere, circa que tempora desolata hæc ibi fuerant. Id certe constat, ne in media Roma similem thesaurum unica vice effossum unquam fuisse.

LIBRIVEL. Reperiti.

DICTES Cretensis libri sex de bello Trojano conscripti, quos mortens secum sepeffili juserat, in Gnoffo civitate per terramotum sepulchro aperto inventi fuerunt. Suidas.

In sepulchro Numæ Pompilii libri de jure Pontificum, & Philosophia inventi à Rom. post multa à morte illius secula, & in comitio euerit. Plut. in Numæ.

In VII. Concilio Tolotano liber Moralium, quem B. Gregor. ad petitionem Leandri Hispanensis Episcopi composuerat, in Hispaniis non extabat. Ergo Cindalvindus Rex, Concilio approbante, Tajonem Cæsaraguntanum Episcopum ad Romanum Pontificem misit. Sed dum de die in diem responso differtur, quasi in Bibliotheca Romanæ Ecclesiæ præ multitudine voluminum non posset facile reperiri, orationis causa

Tajo Episcopus in basilica Apostolorum principis pernoctavit. Circa noctis medium luce missa cœlitus videt Sanctorum Imagina pallentia introires, è quibus duos fenes in dealbatis vestibus ad eum accesserunt, & eum jam penè mortuum confirmarunt. Cilmque causam, que venerat, explicasset, & percontaretur, qui essent ipsi: alter eorum respondit, se esse Gregorium, librumque, quem quæreret, in armario librorum in theca penultima reconditum affirmavit. Ille oraculo lætus, quærit insuper, utrum in illa tam sancta multitudine S. Augustinus adeset, ejus librorum non minori desiderio teneretur. At ille Augustinum, altiore loco habitantem, adesse negavit. E hoc dicto disparuere. Hanc visionem cum Pontifici Tajo revelasset, ejusque veritatem locus indicatus comprobasset, accepto libro ad suum principem esse reversus. Boderinus Tolet. l. 2. rerum Hisp. c. 20.

Repti.

P. ÆMILIUS, victo Perseo Macedonum rege, & immensis opibus in æratium Pop. Rom. relatis, ipse ex spoliis nihil præter Bibliothecam regiam sibi retinuit: ad filios suos bonis disciplinis institutos. Plut. in spur. vita.

PERCUSIO ( qui post Scotorum regnum in Britannia restituit ) ex præda Romana, capta urbe sub Alarico Gotho, obtingit præter vasa quedam facta, & preciosam suppellectilem, arcæ libraria. H. Boeth.

LOTHARIUS Imp. Innocent. II. Pp. reducens, & Rogerium Siciliæ regem, qui Anacleto II. Antipapæ fuerat, bello, persequens, Salernum mari oppugnabat. Pisani quadraginta sex trimes omnibus rebus instructas eidem litioribus admoventes infestam omnem oram maritimam habuerunt. Prædie Nonas Augusti, cum adorti Amalfim essent, urbem primo impetu expugnarunt. Ex omni autem præda urbis nihil nisi rem unam eximii loco beneficii à Lothario petierunt. Hæc fuit juris civilis Pandectarum volumen, olim à Justiniano Imper. conditum, & præcisè admodum literis exaratum: quod in hunc usque diem Pisis Florentiam translatum, ibi magna, ut ita dicam, religione servatur. Sigon. l. 11. regni Ital.

AULÆA.

ROBERTUS BRUSIUS Scotorum Rex, victo ab Bannabornæ fl. Eduardo II. Anglorum rege, aulæ ex bysso, & auro preciosa, in regio tentorio capta cœnobis Prædicatorum per Scotiam divisit, ad sacrorum ornamentum. H. Boeth. l. 14.

COMMEATUS.

Ex præda villarum, quas diripiisset Joan. Zifcha Boemus nihil ad se deserti jubebat, nisi telas araneorum. Sic enim pernas, salataque carnes è rusticano tecto pendentes appellabat. En. Syl. l. 3. Com. de Alfonso.

Tempore Joram regis, & Elifæ Prophetæ Israelitæ ex castris Syriorum panico terrore fugatorum tantam commæatus copiam adepti sunt, ut ex summa fame ad summam annonæ vilitatem pervenerint. 4. Reg. 7. & Joseph. g. c. 4.

GULIELMUS LANGÆUS, Franciscus I. Gallorum rege in Italiam contra Carolum V. Imp. descendente, cum alalevis armatura equitum ad Montecalerialium usque oppidum ad Padum præcurrit, ubi Petrus Ciconius Infuber Cæzarianus, expediendis comæatibus præpositus, ingentem frumenti, vini, & pecoris, reliquæque annonæ copiam ex ipsa incolarum messe, atque vindemia contulerat. Ad primum Langæi adventum, occupatum est Montecalerialium. Constat Alfonso V. Vastium, Caroli V. Cæsaris copiarum in Infubria Impet. ipsi Ciconio vehementer iratum fuisse, quòd ille in spem privati quæstus tantam vim commæatus in alia turia utique, & H. commodiora oppida, uti ipse juserat, non esset disparitatus: & propterea, cum Ciconianis carris, qui oppido onusti dicebantur, occurrisset, trahentibus plauria bobus crura manu sua præcidisse, interficique jussisse, ut ea quoque jactura Ciconius afficeretur. Cui factis, fugaque Ciconii pervenientes Langæus, regi non illepedi renunciavit, eo die luculentissimè comæaturum, postquam sibi duo hostium clarissimi, cum pistoris, & cauponis, tum lani operam præstissent, Ciconius scilicet, qui dignitate erat Comes, atque ipse Vastius, tanti nominis Imper. postquam hic occisis bobus præpingue parafset obsonium, ille verò albicanis coctæ cæteris, & optimi vini cadis onusta plaustra reliquisset. Jov. l. 17. Hist.

UTENSILIA.

Milefii juvenes, cum jactum retis à piscatoribus emissent, & illi tripodem aureum eduxissent, controversa inter eos orta, quòd illi pisces vendidisse, hi jactum emisse se dicent, Consulit



Confulto Apollini: sapientissimo dandum esse, oticulum A respondit. Dedit ea res septem Græciæ sapientibus occasio- nem. Laert. in Theleto.

ARMA. CURRUS.

ROMULUS Rex Romanor. inter ceteram prædam ex Came- rio æneum attulit currum, atque eum in templo Vulcani de- dicavit, cui imposuit statuum suam à Victoria coronatam. Plut. in Romulo.

MARTIS gladius apud Scytharum reges olim servari solebat, quo quicumque poterat, ei regnum sperare fas erat. Pastor quidam, cum suam buculam claudicantem offendisset, ut vulneris inveniret auctorem, demissi cruoris vestigia legit. At ubi ad sanguinei rivuli fontem pervenit, ubi bucula palcebat, dum humi quærit, Martis enseni invenit, quem bestia fortè calcaverat. Effossum hunc protinus ad Artillam regem Hunnorum defert. Qui ubi sacri numinis munus esse à matre sua intellexit, fortunæ suæ admodum congratulatus, bello- rum, ac cæterarum gentium Dominum se perbreve futurum ariolatus est. Bonfin. l. 3. Dec. 1.

Eo prælio, quod Henricus IV. Imper. contra Rodolphum Suevum imperii æmulum juxta Fladecem conflixit, primo B congressu terribi Saxones, terga dedere. Ibi Dux Boemiæ Uratislaus, Henrico militans, regalem Rodolphi lanceam eff adeptus: quæ exinde semper quemvis illius gentis, ducatu in- signem, in omni festiva processione præcedit. Crantz. lib. 5. Metrop. c. 15.

SIGNA. STATUÆ

Donatæ.

P. AFRICANUS Carthagine deleta, Siculorum urbes signis, monumentisque pulcherrimis exornavit: ut quos victoria populi Rom. maxime locari arbitrabatur, apud eos monumenta victoria plurima collocaret. Cic. l. 4. in Verrem.

Rapta.

Exciso Ilio, cum inter se Græci spolia dividerent: Sthene- lo Capanei filio Hercæ Jovis signum obtigit: Multisque post annis cum Dorienens in Siciliam transmigrarent, Antiphemus, is, qui Gelan deduxit, Omphace Sicinorum oppido direpto, simulachrum à Dædalo fabricatum Gelan deportavit. Perfarum verò regem Xerxen, Darii filium, præter ea ornamenta, quæ ex ipsa Athenarum urbe amovit, seimus & ex Braurone Brauronis Dianæ signum avexisse: eundemque Milefis (cri- minatum, quo d'illi de industria navali prælio in Græcia cum Atheniensibus infelicibus pugnavissent) æneum, qui in Branchi- dis fuerat, Apollinem ademisse: quem multis post annis Seleucus iisdem remisit Milefis. Argivis hac ipsa etiamnum æta- re, signa, quæ ex Tyrinthe ablata fuerant, alterum in Juno- nis, in Apollinis Elei alterum, reposita sunt. Jam Cyziceni cum Proconnesios bello adegissent, ut sibi iniqui essent, Dindymenæ matris signum aureum è Proconnesio asportarunt. Augustus verò Imp. signis, ac donis auferendis, & Græcorum, & Barbarorum jam confirmata est exempla secutus. Ac à Tegetibus quidem Arcadibus Alææ Minervæ signum ab- stulit, & apri Calydonii dentes. Alææ Minervæ signum to- tum ex eborè Romani positum habent in ejus fori aditu, quod est ab Augusto dedicatum. Ex apri dentibus, alterum effra- ctum dicuntur, quorum curæ sunt hujusmodi miracula com- missa, alter in Liberi patris aede, quæ est in Cæsaris hortis, suspensus visitur: nihilo ille quidem passus unius dimidio brevior. Pauf. in Arcad.

Captis Syraculis M. Marcellus revocatus à civitate Romana ad propinquum, & suburbanum bellum, ad suum illustran- dum triumphum, & ad decorandum urbem, deportavit plu- D rima, atque pulcherrima ornamenta Syracularum. Nihil enim habuerat, aut viderat antè Roma illarum rerum polita- rum, & exquisitarum, neque quicquam erat ibi hujusce ele- gantæ vel fabricæ facti, vel facti. Barbaricis armis, spoliisque etuo- re confersis referta, atque undique triumphalibus redimita ornamentis, & trophæis, non placidum, vel amœnum, vel meticulousorum hominum spectaculum, aut delicatiorum erat, sed ut Beoticiæ campos Martis orchestram Epaminondas, Xenophon belli officinam Ephesum, ita mea quidem sen- tentia Romam tum Saturnigenæ gratiam armoniosi, ut Pin- dari verbis uti, appelles. Unde præter apud populum Mar- cellus fuit, qui urbem deliciis excessisset, quæ Græcum ha- berent leporem, gratamque varietatem præberent spectantibus. Enimvero gloriatur ille vel apud Græcos ob id, quod quæ- dam Eleivæ apud ipsos, atque videnda essent, rudes ad id temporis corum Romanos docuissent colere, ac suspicere. Plut. in Marcello.

Saraceni, viâo in Lycia Constante Imp. duce Mavia, cum

nullus eis adverteretur, liberè loca omnia percurrerent, insu- lam Rhodon ceperunt: in qua celeberrimum illum Colossium destruxerunt, cujus æs à Judæo quodam mercatore Emefeno emptum camelis nongentis exportatum fertur. Cusp. A. D. ex Paulo Diacono l. 19. rer. Romanorum, Zonaras, & Ced.

Longobardi ductu Luitprandi regis Ravenna diu obfessa, tandem capta à Græcis, & direpta, inde Ticinum transtule- runt, quicquid præclarum in urbe erat. Itaque credibile est, tum equum illum æneum cum inflore Papiam advectum, quem accolæ Regis solem vocant. Atque ita quicquid Theo- dericus, aliique reges Gothorum, atque deinceps exarchi Ra- vennates Roma Ravennam detulerant, id postea in varia loca difiectum est. Plur. sig. l. 3. regni Ital. Jovius hanc M. Anto- nini Imp. statuum esse credit. De ea sic Bern. Saccus l. 10. Ti- ciniensis Hist. Theodericus Gothorum rex statuum esse fregit M. Antonini Pii Imper. Roma Ravennam transferri curavit, quam versus Orientem versam Ravennates Mirasolem appella- runt, & postea corrupta voce Regisolem. Exorta autem post Caroli Magni tempore contentione inter Papienses, & Raven- nates, Papienses statuum Ravenna raptam Papiam deportave- runt, & faciem equitis versus Septentrionem converterunt, Regisolum, hoc est solium, vel sedem regis appellantes: quod regium potius esset, cavere à Septentrione irruptionem Bar- barorum, quam à Meridie, vel Oriente, ubi mare muri instat defendit Italiam.

CIVES, INCOLE, REGIONES, ET URBS

frequentiores reddite, incolis frequentata.

Confule Tit. de Colonis.

Coloniarum deducione urbes frequentiores redduntur, & cives acquirunt. Hocque respectu hujus sunt loci. At respectu eorum, à quibus discedunt, ad divitiarum usum colonia pertinent.

Cuthaiab Assyriorum rege Salmanasare in Coloniam Sa- mariam deducti sunt, cum illi abduxisset decem Israeliticis tribus cum rege Osean in Mediam, in æternam captivitatem. Cuthai autem cum Deos patrios colerent, iratus Dominus eis leones immisit, à quibus laniarentur. Salmanasar igitur sacerdotem ex Israelitis captivum misit, qui eos in lege Domini erudit. Itaque Moyses Pentateuchum receperunt, & Deoritu Israelitico sacra facere didicerunt, juxta tamen G idola quoque coluerunt. Hæc gens loco Samaritanorum no- men obtinuit, qui postea & religione, & animis à Judæis se- parati semper fuerunt. 4. Reg. 17. & Jos. ep. l. 9. Ant. 9. c. 15.

Liberala Sicilia à tyranis per Timoleonem Corinthium, cum ob bella penè deserta esset, Timoleon legatis missis Co- rinthios hortatus est, ut idem Syracularum curam suscipere- rent, fierentque de integro ejus conditores. Ergo Corinthii non reppererunt res privatas, sed primum ad sacra ludicra per Græciam, & ad celeberrima concilia missis legatis pronuncia- ri per præcones jussurunt. Corinthios, prostrata Syraculis ty- rannide, & ejecto tyranno Dionysio, vocare Syraculanos, Si- culosque alios omnes, ut liberi, & immunes suis legibus ubi- colant, & agrum æquis conditionibus partiantur. Hinc di- missis per Asiam, & insulas nunciis, ubi maximam partem ac- ceperant exulum dilapsum confesisse: invitaverunt omnes Co- rinthum ut venirent, prædium, & naves, & duces, qui securè eos Syraculas usque deducant, Corinthios suis impensis præ- bituros. Qui Corinthum convenere, quia minor erat eorum numerus insisterunt ut ex Corintho, & reliqua Græcia ascri- berentur sibi coloni. Cum ad decem millia effecissent, naviga- H verunt Syraculas. Jam ex Italia quoque, & ex Sicilia conue- rant ad Timoleonem frequentes. Ut sexaginta millium exple- vit numerum, qui est Athenas auctor, divisit is agrum, adificia mille talentis distraxit: simul reliquens veteribus Syraculis jus sua redimendi, & facultatem populo comparans pecuniâ, ita inopi cum ad alia, tum ad bellum, ut statuas etiam venun- darent. Plut. in Timoleonte 11. vita.

Anno à diluvio 836. Bericome rege Duce, Gothi è Scandia egressi, partim ulciscendi causa, partim imperandi studio, Sey- thiam invaserunt, & subjugarunt: atque ut Scythias jugum de- dere, ita ipsi illorum nomen deinceps obtinere. Anno post- 995. à Vexore Ægyptiorum rege tributum importunitis efflagitante accepit, Tanasio duce per univerfam Asiam arma sua cœsudere. Delectati autem amœnitate Asiæ, totos quin- decim annos pacandis finibus impenderunt: donec importunis precibus uxorum ad propria revocarentur, affirmantibus ipla- rum legatis, niredeant, sobolem ex finitimis quæsituras, nec permitturas,

permitturas, ut posteritas Gothorum per feminas intercidat. A Igitur Tanasius tot gentium, & terrarum victor, precibus mulierum victus, ad Gothicas terras redire coactus est. Jo. Meg. l. 1. c. 25.

Salasso Alpinos Cæsar Augustus funditus delevit, & uni- versos sub corona venundedit, ad Eporziam, Romanorum coloniam deportatos, quoad extincta eorum natio est. Te- rencius Varro Imper. cunctos illos acie victos, sub hasta ven- didit, Trib. Romanorum millibus Cæs. Augustus missis, ur- bem Augustam habitandam tradidit, quo in loco Varro ca- stra jam habuerat. Strabo l. 4.

Helvetii oppidis suis duodecim, & quadringentis vicis in- censiter capiebant per Romanorum Provinciam, sicut olim Cimbrî, & Teutones, quibus nec cedere eos animo apparebat, & numero item erant in summa trecenta millia capitum. Ex quibus arma ferebant centum nonaginta millia. Hos Cæsar domuit, & quod fuit insignis, horum barbarorum, qui ex prælio superarent, plus centum millia, in unum contraxit, cogitque repetere agrum, quem reliquerant, & quæ incendio absumperant oppida, metuens ne agrum vacuum Germani transmissi Rheno invaderent. Plut. in Cæsare.

B ADELBERTUS, cognomento Ursus, orientalis Sclaviæ Do- mitor, profigatis, oppressisque Sclavorum contumacibus ad Havelam, Albimque degentibus, Hollandos, Flandros, & Rheniacolles sublituit, quibus Urbes, & oppida rursus in- colenda dedit. Horum concursu Brandeburgicus, & Havel- burgensis Episcopus plurimum accepere incrementi: Eccle- siarum præterea, decimatumque numerus ubique locorum in- immensum fere accrevit.

Florentini Fesulas, quas aperta vi capere nunquam potue- rant, ann. 1610. in festo S. Romualdi per inducias occuparunt, atque oppido everto cives Florentiam traxerunt, & junctis opibus, ex duabus urbibus unam fecerunt: idque haud dubium Florentina, quæ postea floruit, initium potentia fuit. Sig. l. 8. regni Ital.

CAIUS V. Imp. Morinorum urbem Terravanam in fini- bus Aretis, Francisc finitimam, crebris rebellionibus infamem, funditus delevit, ut vix rudera superint tam cele- bris olim, & opulenta civitatis. Episcopus emolumenta, & Collegium Canoniorum, partim Ipras in Flandria, partim Bononiæ in Gallia translata sunt. Incolis facta potestas alio commigrandi. Accidit istud ann. 1553. Chronicon anni duo- bus his verbis continetur, De Lect. Mor. Inl.

M A N C I P I A.

Legimus in Paralipomenon libro, Rafin Regem Damasci viâo Achaz multos de Judæa Damascum transfuisse. Et Phæacem filium Romelæ, regem decem tribuum, quæ ap- pellabantur Israel, & regnabat in Samaria, una die centum vi- ginti millia percussisse de Juda hominum bellatorum, & du- centa millia mulierum, puerorumque, & puellarum cum infi- nita præda in Samariam duxisse captiva. Hieron. com. in Isaiam lib. 3. c. 67.

DEMETRIUS Poliorcetes Megaris profecturus, cum servitia Megarenfis abstulisset, ad Stilponem Philosophum con- versus dixit, Libera me vobis, Stilpo, civitatem relinquo. Sic Demetrii est, inquit, ille: nullum in ea servum reliquisti. Sab. lib. 7. En. 4.

MAURICUS Imp. ab initio sui regni civitates, & præsidia Peris accomodatissima cepit: tantamque prædam abstulit, ut capta modicissima integras insulas, civitates, & agros aliquot desertos replerent, & tellurem fructiferam reddiderint, quæ D ante prorsus fuerat inculta: denique exercitum numerosum ex illis constituit, qui postea contra reliquas gentes admo- dum strenuè, & fortiter pugnavit. Evagr. l. 5. c. 19.

An. Christi 1286. Tartari è Polonia tantam hominum præ- dam abegisse dicuntur, ut cum apud Valdimiriam recogno- cerent, & partirent inter se, unum, & viginti millia innupta- rum puellarum centa esse dicantur. Eas enim libidinis causa servant maxime. Profectores tum viros, tum mulieres, item- que parvos pueros immittit trucidant. Crom. l. 10.

Turcarum Principum mos est, ex omni captivorum nume- ro quintam sibi partem vindicare: pueros ferè à decimo anno ad sextum decimum legunt. Si captivi desunt, è Provinciis Christianis nominatim accipit, vel parentibus invitit, per in- quisitores capiuntur: eos à pio cultu averfos Mahometana su- perstitione imbunt, imbutos præceptoribus militari discipli- na instruentes tradunt: ubi verò adulti sunt, cum Principe militant, eosque Janizaros vocant: Qui ingenio, & indole præstant, ad dignitatem promoventur: ex his Subastas Flam-

bularios provinciarum, urbium, & arcium præfectos legunt: cætera turba partim ad oppidorum præsidia, partim ante ja- nuam principis excubant: illius latus, si quando domo egre- ditur, ferro stipant. Ex his lectissima illa, & quasi pratoria- na cohorte in bello utuntur reges. Sab. l. 9. Dec. 3.

S C O R T A.

DEMETRIUS Antigoni F. Ptolemaum Ægyptium ad Cy- prum navali prælio insigni vicerat. Naves 70. capræ. Ex turba, quæ in navibus oneratis circa litus stationem habebant, ser- vitorum, amicorum Ptolemaï, seminarumque, adhæc ar- morum stipendiï, machinarum, nihil profus elapsum Demet- rio est, sed omnia cepit, atque in castra deportavit. In his nobilis illa fuit Lamia, quæ initio propter artem fuit in precio habita: siquidem scienter tibia canebat. Post exitit commercio meretricio celebris. Tunc verò etiam exolefcente forma multò fe minorem pellexit Demetrium, adeoque lepore de- vinxit, & cepit eum, ut ab aliis mulieribus amaretur, unius illius esset amator. Plut. in Demetrio.

GREGES, ARMENTA.

Aurea mala, inquit Varro, id est, secundum antiquam consuetudinem capræ, & oves, quas Hercules ex Africa in Græciam exportavit, ea enim Græci sua voce appellarunt. Con- sulte Athenæum l. 3. diptosisophis, & Suidam sub voce, ἀρακίδος ἀρακία.

Verno tempore armenta, quæ nivosis Præconiorum, Pelli- norumque montibus deducta, in herbis apricis Apulizæ campis hyemem absumpere, à pastoribus reducantur, qui non procul à Gargano monte eum transeunt, portorium regis Neapolitanis publicanis perolvere consueverunt. Ex eo ve- stigali supra centum millia aureorum nummum quottannis penduntur. Quod Galli, recepto jam à Neapolitanis Ferdinan- do II. Aragonico, occupaturi, ad sanctum Severum innumera- bilem pecoris multitudinem coegerunt. Verum cum pecu- niam ex vestigali se exacturos sperarent, Ferdinandus uni- versum equitatum noctu Foggia Apulizæ urbe emisit: acriter- que levi armatura Francisci Gonzagæ Mantuani, & tumul- tuario prælio pluribus simul locis inito, magnam pecoris par- tem avertit, & abripuit, eo eventu, ut Galli gregibus in utrius- que partis militum prædam conversis, & captis disperfisse G pastoribus, fugatisque demum publicanis, omnem penitus præoccupandæ pecuniæ facultatem amiserint. Erant, quod vis dictu credibile est, supra sexcenta millia minoris pecoris, majoris verò circiter ducenta millia. Fuit ejus edicti facinoris spectaculum valde deformè, & miserabile, cum eo tumulus innocentissimorum populorum opes, inexpectata calamitate conciderint. Videre enim erat milites inter fe latronum more de præda decertare, armenta ipsa, aspectu armatorum, & concursu rapientium, metu confertata undique diffugere: pastores vincitos trahi, tumultuosoque contentionis genere cuncta permisceri: & quod propè ridiculum erat milites des- peratione majoris lucri, oves rapim detondere, alios jugula- tas excoriare, ut lana, ac pellibus potirentur. Jovius libro 4. Hist.

XERXES Mauritanizæ regulus à Fernando Ataido, Sasinii urbis nomine regis Lusitanorum Emmanuele præfecto, vic- tus fuit ann. 1513. Præda tanta fuit, quanta nunquam antè fortasse ex ullo prælio cum gentibus illis initio capta fuerat. Nam supra ducenta millia pecudum, & Boum, & tria mil- lia camelorum, equorum similiter ingenem multitudinem H fuisse constat. Ofor. l. 9. rerum Emn.

DIVITIARUM ACQUISITIO PRIMARIA RESPECTU FORMÆ CONSIDERATA.

MERCES DATA OPERÆ LITERARIÆ.

Huc Grammaticorum, Rhetorum, & similium, quatu- nus ex arte quæstionem faciunt, exempla pertinent. Item Tit. Disipuli grati erga præceptores, quarantur propriis sti- tulit.

SENÆCA Philosophus, Neronis quondam præceptor, ter milles sestertium acquisivit.

ÆSOPUS Tragedus familiarissimus Ciceroni, tam dives ex historica factus, ut sestertio centes ei patina steterit: silium Apitium reliquerit adeo prodigum, ut uniones accito lique- ctos cœnis apponeret. Plin.



ACUSILAVS Atheniensis Romæ ex Rhetoricæ professione ditatus, Atheniensibus moriens reliquit centum millia drachmarum ex usuris. Suidas.

BELLICÆ. STIPENDIA MILITARIA.

Fuit id Herculi peculiare, ut ex captis urbibus detractos homines in auctoraret: inde ubi longiori militia assueti strenuè stipendia fecissent, in quasdam bello urbes, ac terras, velut in colonias ductos, alienis opibus emeritos donaret. Sab. 16. Ennas 1.

M. VARRO auctor est, Mezentium Hetruriæ regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vim, mercede, quod tum in Latino agro fuisset. Plin. 1. 14. c. 12.

Anxure Terracina oppido capto à Rom. præda militi concessa est. Ea Imperatorum benignitas plebem patribus reconciliavit, auditumque, quod maxime militari fuit ætati acceptum, fore, ut deinceps stipendium miles ex publico acciperet, cum de suo quique ad id tempus militari functus esset munere. Nichil unquam tanto gaudio est à multitudine exceptum, consensumque est ad curiam, prehensatque executionum manus, magnoque studio veri patres appellati: neminem virorum esse, qui pro tam munifica patria, donec quidquam virium supererit, suo esset corpori, aut sanguini parurus.

Fremere in ea ordinum læticia Tribuni plebis, negareque tam lætum patribus universis fore, quantum à principio videretur: id consilium multo salubrius specie, quam re, & exitu futurum: haud esse prædicabant, unde ea pecunia in stipendium consilari posset, nisi tributum populo indiceretur. Ex alieno igitur id patres militibus largituros. Postremo tributo indicto, edixerunt Tribuni, futuros se auxilio iis, qui in militare stipendium tributum solvere recusassent. Cæterum petendi initio à patribus factio, qui pro se quisque enixi æs grave ex censu in medium contulerunt (adhuc enim signati argenti usus nullus erat Romæ) dederunt operam, ut distinsi quique amicorum ex plebe teidem ipsi facerent. Deserebanturque jam aperte cursum are onusti in ætarium. Quod ubi magno militaris ætatis favore fieri animadvertum est, populare studium cæteri fecuti, vulgò Tribunitium auxilium repudiatunt. Atque sic accidit, ut viginti annorum spacio Athenis, & Romæ ceptum sit tributum pendere in militare stipendium, casuque non exemplo, utrobique id factum, quando nulla ad id tempus, inter ipsas civitates essent mortalium commercia ut hæc illius, aut huius illa videri possit exemplum tecuta. Sab. 17. En. 3.

C. BARTHOLOMÆUS COLEO Bergomas Dux clarissimus, Venetiarum copiarum imperio annos unum, & viginti potius est. Nullus ducum, qui omni hominum memoria fuerunt, tantum auri concessit legitimo stipendio, nullus ditior vita deceffit. Reliquit is testamento Venetum nomen hæredem. Sab. 17. En. 10.

Bello contra Philippum Vicecomitem nummorum auri ducenta, ac viginti millia Francosæ Sfortiæ in stipendium decreta sunt: quorum nonaginta millia Florentini, quod reliquum erat, Veneti dissolverent, quæcumque ad hæc ex Philippi principatu quærentur, præter Cremonam, quæ Venetorum imperio cederet, reliqua Sfortiæ quaesita viderentur: ac si præter Cremonam nihil caperetur, tum eam ipse copiarum Imper. haberet. Sab. 13. Dec. 3.

Venetis jam inde, ex quo Bellum cum Mahometo Turcarum Imp. suscipere, Pannonum arma sibi focia junxerunt, decreto bellicosissimo Reai Matthiæ Corvino annuo stipendio. Sab. 110. Dec. 3. Pontifici Collegii decreto quinquaginta quotannis aureorum millia, pro gerendo bello contra Turcas ad Mathiam in Ungariam mittebantur, quæ annos multos perfoluta D sunt. Bonif. 1. 1. Dec. 4.

MECHANICÆ.

Ex Mechanicarum artium cultu hæc quedam, quatenus exempla divitiarum mechanicæ opera comparatarum continet.

Edificatiõ.

M. CRASSUS servos habuit circiter quingentos, fibrillis artibus, & architecturæ peritos: quibus non solum ad propria domus ædificandi usus est, sed civibus ædificare volentibus eorum operas mercede locavit. Plut. in Crasso.

PRACTICÆ. MERCES DATA.

Scortationi.

Consule Tit. Meretricium avarum Lenocinio.

Martialis Thelesinum turpi quaestu divitem factum, tunc his verbis, 16. Epigram.

Cum coheret puvos pauper Thelesinus amicos, Errabat gelida fordidus in togula. Obscendens postquam cepit curare cinedos, Argentum, mensas, prædia solus emit. Præditiõ.

Cillicon prodita patria Mileto Prienensibus, cum dux esset exercitus, ditatus fuit. Suidas.

FRUCTUS perceptus est. MECHANICA INDUSTRIA.

Divitiis non nisi magno labore, acquiri præter alia docet etiam Græcorum æsmon. Nam apud eos dictum esse videtur uti tæ eis depreo à pæ, quod pæris, & otiosis dominibus non assuat, sed diligentibus tantum, & industriis. Quanto labore, & periculo à terra effodiatur, quanto jam effectum acquiratur, constat. Hesiodus in 2. opor. duos modos acquirendarum opum tradit, Agriculturam, & Mercaturam: quarum illa honestissima est, & liberalissima, hæc vero tam sordida, quam questuosa, & luxur potius, quam necessitatis famula. Græci igitur opes annuatim, ex proventus terræ frugum, videntur appellasse æquos quasi ad vòs vòvæ: quas item dæbor, & dæo vòs dæbor sior dici ferunt, ab horato scilicet, quod primum inter cereales fruges inventum traditur, teste Eustatio. At mercatura acquisita, vòvæ dæbor eo in loco Hesiodus appellat, quoniam navigationibus potissimum comparantur: alii dæbor, dæo tæ dæ, à navigatione. Ex Agriculturæ divites facti.

PLUTONEM natum tradunt in Tripodo Crete, ex Cerere, & Jafone. Quidam volunt, cum Jafion terram scivisset, adhibita cultura diligenter, ad eò uberem percipere fructum, ut qui id conspexerunt, à messium fertilitate illum Plutonem nominarint. Unde & à pæris is, cui census superest, habere Plutonem exillimatus est. Diod. 1. 5. c. 15.

METAPONTUS Italiæ urbs à Pylis, qui à Troja cum Nestore navigarint, ædificata dicitur. Eos tantum felleitatis è re rustica consecutos, fuisse fama est, ut Delphis donum obtulerint auream ætatem. Strabo 16.

Ex Pactione qualibet.

Scriba librarius, liberus ejus, qui apparuit Varroni, ex villæ suæ pactionibus plus requirit millia capiebat. De Materetæ suæ fundo in Sabinis refert Corn. Merula apud Varro nem lib. 3. de re rustica, ex ejus oratione quinq; millia turcorum venicè denariis termis, ut LX. millia ea pars villæ reddidit: et anno, Scipionis triumpho, & frequentibus collegiorum cenis exandefaciendis annonam macelli. L. Albutius dicebat in Albano fundum suum pactionibus semper vinci à villa: agrum enim minus decem millia reddere, villam plus vicena. Idem secundum mare, quo loco vellet, si parasset villam, se supra centum millia recepturum. M. Cato cum L. Luculli accepisset telam, à piscinis ejus XL. millibus sestertiis vendidit pisces. Hæc Varro.

Varro duos milites habuit in Hispania fratres Vejanos ex agro Falisco locupletes, quibus cum à patre relicta esset parva villa, & agellus non sanè major jugero uno, circum villam totum alvearium fecere, & hortum habuere, ac reliquum thymo, & cytho obsevere, & apiastrò, quod alii modòvòvæ, alii modòvòvæ, quidam modòvòvæ appellat. Hos nunquam minus, ut pæris ducerent dena millia sestertia, ex melle recipere esse solitos, tum eos, & velle expætare, ut suo potius tempore mercatorem admittent, quam cæteris alieno. Varro 16. c. 16.

M. SEYUS pavonum greges habens, à procuratore ternos H pullos exigebat, eosque, cum crevissent, quinquagenis denariis vendebat, ut nulla ovis hunc assequeretur fructum. Præterea ova emebat, ac supponebat Gallinis. Varro 13. c. 6. HENRICUS Dux Brunsvicensis, ann. Sal. 1473. nullo masculo hæredè relicto obiit, cum opes coæcervasset maximas ex ovibus, patribus Veter. Testamenti, ut pietatis, sic pastorio studio similis. Crantz. 1. 12. Saxonia, c. 11.

Ex Mercatura.

JOSEPHUS Ægypti horreis à Pharaone rege præfectus, cum septem annorum famem prævidens, annonæ maximam vim coegisset, omnem in primis pecuniam ex Ægypto, & Chanana: in sicutum regium retulit, cum fruges ab eo emere cogenterent. Pecunia exhausta, & pecora, & jumenta pro alimentis vendiderunt. Consumpta pecunia, & pecore, corpora, & agros suos Josepho oppignorarunt, & in servitum addixerunt, & sic omnem Ægyptiorum agrum Pharaoni coemit Josephus, populum in oppida transtulit, & semen subministravit,

stravit, ut venientes ea, conditione, ut proventum quintas Pharaoni penderent, quatuor partes ipsi ad conferendos agros, & familiarum alendam haberent. Quæ res in legem abiit, ita ut Ægyptii quatuor regni penderent, præter sacerdotum possessiones, quæ sunt immunes. Genes. 47.

LAMPIS ÆGINEA negotiator interrogatus, quomodo sibi parasset divitias? Magnas, inquit, haud difficulter: exiguas, vero cum labore, ac tardè. Sentiens, initio paulatim magna que vigilantia corradi pecuniam: cæterum parva jam ingenio forte, facillè esse amplius lucris ditescere. Plut. in L. Ansoni si capefenda Resp.

Sabæorum, & Gerræorum regio non solum propinquis barbarie, sed cæteris hominibus ditior, atque opulenter habetur. Nam in mercaturam commercio, ex parvi ponderis re plurimum precii à mercatoribus in rerum commutatione capiunt. Diod. 1. 3. c. 13. & Strab. 1. 16. Plin. 1. 6. c. 28.

Æginetis divites facti, ex eo, quod à servis ea, quæ ex præda Plataensis furripuerant, ubi precio emerunt. Herod. 1. 9. Argentiniorem urbs agru fertili, & magna opum vi felicissima fuit, antequam ad Carthaginensibus everteretur. Illic vineta spaciõsæ admodum amplitudinis, cultuque admiranda do ducta conspiciere erat, plurimam partem agru partem oleis consistam, varisque cæterorum fructuum arboribus aspectu blandissimo distinctam: inde immensam frugum variarum copiam oppidani Carthaginensibus aliunde venundatum importabant, necdum enim per eadem tempora Libycum solium conseri, collivæ ceptum, frugibus exteris ali cogebatur. Ex commercio mirum in modum Argentiniens opes auctæ, divitiarumque in immensum facultas crevit, perpetuò commutandarum frugum lucro, negotioque congesta. Diod. 1. 3.

M. OCTAVIUS HERENNIVS mercatura ditissimus evasit, Macrobi. 1. 3. c. 6. Saturn. ex Macrobi.

THALES Milesius, unus septem, cum obicerent ipsi pauperi homini studium sapientiæ tanquam inutile: ajunt cum cognita futura ubertate olearum scintilla sciderum, adhuc hyme, cum facultatem nactus esset, pusillæ pecuniæ, archabones dedidit omnium torculariorum, quæ forent Mileti, & in Chio (Zaasynia, non autem olearum, ut Cic. 1. de Divin. in Plin.) conductis illis exiguo precio, quia nullus auget mercedem. Postquam autem tempus venit, cum multi simul quærent, subito locantem quomodo voluit, magna pecunia coacta de montistræ, proclive esse philosophis ditescere, si vellent: verum longe aliud esse, qui illud crebit. Arist. 1. 1. Polit. c. 1. & Plin. 1. 18. c. 28. hoc Democrito tribuit.

In Sicilia quidam, deposita ad eum pecunia, coemit omnem ferrum ex officinis. Postea cum è mercatibus mercatores venissent, vendebat solus non valde aucto precio, & tamen è quinquaginta talentis recepit centum. Hoc cum Dionysius tyrannus audivisset, pecuniam sanè passus est illum exportare; non tamen voluit amplius Syraculis manere, invenientem vias pecuniæ rebus suis detrimentolus. Arist. 1. 1. Plut. c. 11.

EUTYCHUS SABINUS cum audiret à præcone venale sterilem oleum vilissimum precio, ad forum cum accessisset, nemine de oleo emendo tum sollicitio cæteris aspernantibus, commovit eum de subito appetitus quidam. Emit igitur, mercatoribus, qui aderant, propositum irridentibus. Sequenti verò anno cum nullus esset ex olivis proventus, tertio, & quarto scitatis, æstus, uredines, bruchi quoque frondibus, ramusculisque fecissent injuriam: quinto anno tantum lucri ex oleo illi obvenit, ut decuplo etiam venderet. Pontank. 2. de Fortuna, c. 2.

COSMUS MEDICES, qui Florentina Reip. dominium obtinuit, relictas à patre Joanne opes ita amplificavit, ut cum nulla alia d ratio videretur potuisse miri, multi existimant à Joan. XXIII. cui est pontificatus Constantia abrogatus, relictam illam hæreditatem crevisse. At verissimilius est, redimendis illum civitatis vesticigalibus quando inopiam ætatis suis sublevarat opibus, rem familiarem tantam fecisse. Brutus 1. 1. bist. Florentia.

MUTUO, FOENORE divites facti.

Ex Tit. Feneratorum hæc quedam.

IMPERIO, TRIBUTO, EXACTIÒNE, Vesticigalibus, Potioris diati.

Exempla aliquot pete ex Titulis, Prudentiæ, Liberalitatis, Avaritiæ, Fidei, Persidiæ in exigendo tributo: maxime verò ex Tit. Tributorum.

SALOMON Rex omnium sapientissimus, & locupletissimus singulis annis ex proventus habuit auri 666. talenta præter ea,

quæ pendebantur ei à mercatoribus, & institoribus aromatariis, omnibusque Arabia regulis, & prætoribus. Lib. 3. Reg. 10. cap. 10. & 2. Reg. 10.

JOAS Rex Judæorum, cum ruinofum esset Domini templum tributum à Moyse in desertis institutum Exodi 30. omnibus Judæis indixit, ut honorarium quique afficeret. 2. Paral. 24. & 1. 4. Reg. c. 12.

Cum Phul Assyria Rex Israelitas infestaret, Manahem Israelitarum tyrannus viritum Israelitarum Potentissimus quinquagenos argenti siclos imperavit, & mille talentis argenti pacem ab Assyrio emit. 4. Reg. 15.

JOATHAM Judæorum Rex, victis Ammonitis tributum imposuit annuum, centum argenti talenta, & decem millia cotros tritici, & hordei totidem. 2. Paral. 27.

Scythæ, à Vexore Ægyptio provocati, cum eum fugientem persequerentur, xv. annis Asiam universam subegerunt, & domum revocati ad uxores, maritorum absentiam agrè ferentibus, tributum modicum gentibus imposuere, quibus pendendi finem fecit Ninus Assyriorum Rex. Sab. 1. 1. En. 1.

Ægypti vesticigalibus trifariam partitis, primam portionem percipit Collegium Sacerdotum, magna apud incolas auctoritate tum propter Deorum curam, tum propter doctrinam, quæ multos erudiunt. Hanc partem tum ad sacrificiorum ministeria, tum ad privatæ vitæ commoda impartunt. Neque enim Deorum cultum omittendum putant, neque publici consilii, utilitatique ministris æquum censent vitæ commoda desicere. Ad sunt enim gravibus in cogebantur, atque ope regibus, tum astorum peritia, tum ex sacrificiis futura prædicentes. Ex libris præterea sacris priorum quæda referunt, quibus reges in agendis noscant, quæ sint fortuna. Non enim quemadmodum apud Græcos unus homo, aut unica mulier sacris præest: sed plures in cura Deorum, honoreque versantur, qui eandem sacrorum curam fistradunt. Hi omnes immunes, secundumque post reges honoris, dignitatisque locum tenent. Altera portio ad reges pervenit, quam & ad bella, & ad vitæ cultum, tum ad liberalitatem erga strenuos viros pro meritis impendunt. Quæ ex re fit, ut populares nullo graventur tributo. Tertiam percipiunt Milites, & qui belli sunt instituti ministerio: ut hoc stipendio accepto paratorem habeant animum ad bellorum pericula obunda. Iniquum enim foret, ad tuendam communem salutem intentos, nulla ex ea, pro qua pugnarent, patria, commoda percipere. Ea verò præcipua utilitas videtur, quod mercede laborum impensa cum fiant opulentiores, facilius gignenda proli operam dant. Quo fit, ut referta multitudine hominum patria, nequaquam externo militè egeat. Hoc militandi ordine à progenitoribus suscepto, parentum virtutem à pueritia imitati, bellicisque exercitiis muneribus, milites egregie evadunt. Diod. 1. 1. c. 6.

MYRIS Rex Ægyptius vesticigal piscium, qui in stagno Myrios a se effosso capiebantur, uxori concessit, tum ad unguentorum usum, tum ad reliquum corporis cultum, Id talenti argenti singulis diebus pendit. Traduntur duo, & viginti piscium genera in eo esse, tantamque eorum capi multitudinem, ut abundè præbeat is etiam, cum plurimi sint, qui salientis piscibus operam præbent. Diod. 1. 1. c. 4.

ANTHYLLA Ægypti urbs insignis, datur peculiaris in calcamenta Uxori regis Perfarum, ex quo tempore cepit esse ditionis Perfarum. Herod. 1. 2.

Perfarum Reges quique suas ades in monte faciunt, & thesauros, & tributa, quæ exigunt, ibi reconducent: bene administratæ rei monumentum. Exigunt ex ora maritima argentum, ex mediterranea, quæ quæque regio ferat, ut colores H medicamenta, lanam, vel aliud tale: eodem modo & pecora. Maxima auri, atque argenti pars in ædificiis est, in nummis perexigua. Strabo 1. 15.

DARIUS Longimanus Perfarum Rex omnes regnum in quatuor, & viginti partibus est provincias, quibus tributum inscripsit. Id ut novum, ita regno invidiosum fuit, ut vulgò Cyrus à Perfis pater, Cambyses Dominus, Darius insitor vocaretur. Fuit summa annui tributum ex tot gentibus exacti: si vera sunt, quæ Herodotus scribit, XIV. millium talentorum auri: argenti, quingentorum: & sexaginta Babylonica ea talenta fuere, quorum singula appendebant Euboicas libras septuaginta: Gentes, quæ tributum pendebant, octo circiter, & sexaginta, quatuor, & viginti Satrapis complexæ. Supra id auri, & argenti pondus dabant Æthiopes certum puerorum numerum: Arabes thura: Colchi, & qui Caucasum incolunt, promiscuè pueros, & puellas. Sabellius libro 7. Ennas. 2. Ex Asia quotannis DLXX. millia talentorum